

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber tertius: De frumento

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

M. TULLII CICERONIS
 ACCUSATIONIS
 IN
 C. VERRE M.,
 LIBER TERTIUS,
 DE
 FRUMENTO,
 SEU
 ORATIO FRUMENTARIA.
 ORATIO OCTAVA.

SYNOPSIS.

De frumento & re frumentaria. ¶ *Ac primum de frumento decumanō & tribus editiū iniquissimis Verriū adversus nem.*
De pecunia frumentaria nomine erupta, & Verro eo nomine variis & argumentis & exemplis & privatim & publice convito. Pecuniam eum
eo nomine abstulisse privatus, Nymponi, Xenoni, Polemarchi, Eubulidi, Sostro, Numenio & Nymphodoro; Publici, Agrypnenses, Heri-
senibus, Segestensibus, Liparenibus, Tiffenibus, Amestratinis, Petrinis, Halicenses, Segestani, Termitani, Imarharanibus, Ennosi,
*Catalini, Bluticensibus, Hylensisbus, Menorii, Aemiliensisbus, Leontini. Superiora constare quoque ex Epistola Metelli, ex effectu (ne quis
multi necem sibi conservaret) quod societates inerit cum decumanis (id enim probari testimonio Aproni & Decumahorum: deinde ges-
sione Rubri & Scandilis) Prolepsī quadam id etiam colligi, sed & epistola Timarchiā id confirmari. Et haec de frumento decumanō.
 ¶ *Sequitur alia accusatio, De frumento empto vel emendo.* Pecunias in id destinatas fannerasse, avertisse, detraherisse. ¶ *Seguuntur*
*tertia accusatio, De frumento xstimateo.**

M. N. S., qui alterum, judices, nullis
 impulsi intimicuit, nulla privatum laci-
 injuria, nullo praemio adducti, in judi-
 cium reipub. causa vocant, provide-
 rebent, i non solum quod oneri in pre-
 sentia tollant, sed etiam 2 quantum in
 omnem vitam negotii suscipere conen-
 tur, 3 LEGEM enim sibi ipsi dicunt innocentia, con-
 tinentia virtutumque omnium, qui ab altero ratione vi-
 ta repolunt: atque 4 magis, fid, ut ante dixi, faciunt
 2 nulla te commoti alia, nisi utilitate communī. Nam qui si
 bi hoc sumit, ut corrigat mores aliorum, ac peccata repre-
 hendat, quis huic ignorat, si qua in te ipse ab religione officii
 declinari? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus
 ejusmodi civis laudandus, ac diligendus est, 4 qui non
 solum reipub. civem improbum removet, verum etiam se
 ipsum ejusmodi fore proficit, ac præstat, ut sibi non

modò communī voluntate virtutis, atque officii, 5 sed
 etiam ut quadam magis necessaria ratione rectè sit, hon-
 estaque vivendum. 6 Itaque hoc, judices, ex homine cla-
 risimo, atque eloquentissimo, L. Crasso, sape auditum
 est, cum se nullius rei tam ponentes dicere, quam quod
 C. Carbonem umquam in judicium vocavisset, minus
 enim liberas omnium rerum voluntates habebat: & vita
 suam pluribus, quam vellet, observari oculi arbitrabatur.
 Atque ille his præfidiis ingenii, fortunæque munitus, tamen
 hac cura continebatur, quam sibi, 7 nondum confirmato
 consilio, sed incerte atate, suscepit. 8 quo minus etiam
 perspicitur eorum virtus, & integritas, qui ad hanc tem-
 adolescentuli, quam qui jam firmata atate descendant.
 illi enim, antequam potuerunt existimare, quanto libe-
 rior vita sit eorum, qui neminem accusant, gloria causa,
 atque ostentatione, accusant: nos, qui jam & quid facere, &
 quantulum judicare possemus ostendimus, nisi acile cu-
 piditates

1. *N. Da solum quid enire in praesentia.* Vox solum non comparari in Pall. idque habuerim pro spuria.

2. *Quoniam iste vocem ratione negotii suscipere reverenter.* Voces illig negati-
 suscipere conesseris, admodum mihi suspecta.

3. *Legem enim sibi diversa iacucentia, iacuientia, &c.* Vulgata, indi-
 canta se; alterum est in Petelli codice, ut & in Melchioris Histori-
 schediis; qui libri non agnoscunt verbum iacuientia.

4. *Qui in solum ab reipub. ceteris, &c.* ita Pal. fec. Metel. & Hitt. nisi
 quod duo postremi adhuc quid non, vulgata, solum reipub. sed præter ead
 antiquas in quibus solum R. P. quod & in Pal. pr. quod tam reipub. no-
 nata potest, quam reipub.

5. *Sed etiam ut quadam magis necessaria.* Egregia illæ lectio, et ab
 Hittorpiano & Metelliano; nisi quod hic, ut. visa est scribis legitima;
 addideruntque de suo racuisse.

6. *Itayus hec judicet.* Et à Pal. fec. Met. & Hittor. publicata pri-
 us 3. Ita.

7. *Nondum confirmato consilio.* Vide ne verius sit, consilii confressa
 ut ad statim referatur, certe non multo post sequitur, firmata statim
 Gulielmios.

8. *Quis minet etiam perspicieat etiam virtus.* Metelli principis, sed
 haud dubio verè Hittorpii excerpta, perspicere, id est cogitatione uni-
 uni & sive qualis futura sic intelligitur. Gulielmios.

piditates nostras tenemus, numquam ipsimet nobis præ-
cideremus istam licentiam, libertatemque vivendi. Atque
hoc ego & plus oneris habeo, quām qui ceteros accusa-
runt (*Si omnis est id appellandum, quod cum tantissima feras,*
ac voluptate) verumtamen hoc ego amplius suscepī, quām
ceteri; quid ita postulatur ab omnibus, & ut ab iis se absti-
neant maximē vitiis, in quibus alterum reprehenderint.
FVREM aliquem, aut rapacem accusari? vitanda tibi
semper erit omnis avaritiz suspicio. maleficiū quempiam
aduxeris, aut crudele? cavendum erit semper, ne qua
in re aequali, aut inhumanius tuus videare corruptorem,
adulterum? providendum diligenter, ne quod in vita vesti-
gium libidinis apparet. omnia postremo, que vindicari in
altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo
accusator, sed ne obijugator quidem ferendus est is, qui
quod in altero vitium reprehendit, & in eo ipse depre-
ditur. Ego in uno homine omnia virtus, quae possunt in ho-
mīne perditō, nefarioque esse, reprehendo: nullum esse
dico indicium libidinis, sceleris, audaciae, quod non in
istius unius vita perspicere possit. Ego in isto reo legem
hanc, judices, mihi statuo: vivendum ita esse, ut isti non
modò factis, dictisque omnibus, sed etiam oris, oculorum
que illa contumacia, ac superbia, quam videtis, diffi-
millimus esse, ac semper tuus videar. Patior non molestè,
judices, eam vitam, quā mihi sua sponte antea jucunda füe-
rit, nunc jam mea lege, & conditione necessariam quoque
futuram. Et in hoc homine sape à me quaris, Hortensi,
quibus inimicitiis, aut qua injuria adductus, ad accusan-
dum descendērit. mitio jam rationem officii mei, necel-
litudinique Siculorum: de ipsis tibi inimicitis respon-
deo. an tu majores ullas inimicitias putas esse, quam con-
traria hominum sententias, ac dissimilitudines studiorum, &
voluntatum? **FIDEM** sanctissimam in vita qui putat, po-
test ei non inimicus esse, qui quæstor consulem suum con-
siliis, commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis,
spoliare, relinqaere, prodere, oppugnare aulus fit? **PY-**
DOREM & pudicitiam qui colit, potest animo aquo istius
quotidiania adulteria, meretriciam disciplinam, dometi-
cum tenacium videre? **QVI RELIGIONES** deorum
immortalium retinere vult, ei, qui fana spoliauit omnia,
qui ex thensanum orbitis prædati sit ausus, inimicus
non esse qui potest? **Qui pro quoque omnes putat esse opor-**
tere, is tibi non infestissimus fit; cum cogitet varietatem,
libidinemque decretorum tuorum? qui locorum injutis,
provinciarumque incommodis dolet, is in te non expi-
latione Asiae, vexatione Pamphilie, squalore & lacrymis
Sicilia concitetur? qui civium Romanorum jura ac liber-
tatem, lanceam apud omnes haberi velit, is non tibi
plus etiam, quām inimicus esse debet, cum tua verbera,
cum securis, cum cruceis ad civium Rom. supplicia fixas
recordetur? An, si qua in re contra rem mean decreceret
aliquid injuria, *pro me ei inimicus esse arbitrat*ur: cum
omnia contra omnium bonorum rem, causam, rationem,
utilitatem, voluntatemque fecerit, quaris, eur ei sum
inimicus, cui populus Rom. infelix sit? qui præsertim
plus etiam, quā pars virilis postulat, pro voluntate popu-
li Rom. oneris ac munieris suscipere debeat? Quid illa,
qua leviora videntur esse? non cujusvis animum possunt

movere? quod ad tuam ipsius amicitiam, & ceterorum
que hominum magnorum, atque nobilium, faciliore
aditum istius habet *nequitia*, & *audacia*, quām cujusquam
nostrā virtus, & integritas? oditis hominum novorum
industrias, & despiciunt eorum frugalitatem: pudorem
contemnit: ingenium verò, & virtutem, deprescam, extin-
ctamque cupit: Verrem amat. Ita credo: si non virtute,
nihil industria, non innocentia, non pudore, non pudi-
cia: at sermone, at litteris, at humanitate ejus delectamini. ni-
hil horum est: contraque sunt omnia cum summo dede-
core ac turpitudine, tum singulari stultitia, atque inhu-
manitate oblita. Hunc homini si cujus domus patet, utrum
ca patre, an huīre, ac posse, aliquid videtur? Hunc vestri
janitores, hunc cubiculari diligent: hunc liberti vestri,
hunc servi, ancillæ amant: hic cùm venit, extra ordinem
vocatur: hic solus introducitur, ceteri sapientia frugalissimi ho-
mines, excluduntur, ex quo intelligi potest, eos vobis esse
carillimos, qui ita vixerint, ut sine vetro praefatio salvi
esse non possint. Quid? hoc cujusquam ferendum putas esse?,
nos ita vivere in pecunia tenti, ut prorius nihil acquirere
velimus, ut dignitatem nostram, populique Rom. benefi-
cia non copiæ, sed virtute, tuemur: istum, rebus omnibus
undique excepit, impune eludentem circumfluere, atque
abundare? & hujus argento dominia vestra, hujus signis,
& tabulis forum, comitiumque ornari? præsertim cum
vos vestro Marte, his rebus omnibus abundetis? Verem
esse, qui vestras vias suis manubris ornet? Verem esse, qui
cum L. Mummo certet: ut plures hic sociorum urbis,
quām ille hostium, spoliassæ videatur? plures hic solus
villas ornamentis sanctorum, quām illi fana spoliis hostium
ornasse? & is erit ob eam rem vobis carior, ut ceteri liberi-
tatis suo periculo vestris cupiditatibus serviant? Verum
& dicentur alio loco, & dicta sunt: nunc profici, ce-
mit ad reliqua, si pauca ante fuerimus à vobis, judices,
depreciati. Super ore omni oratione peratentes vestros
animos habuimus. id fuit nobis gratum admodum: sed
multo erit gratius, si reliqua voleatis attendere: propriea
quod in his omnibus, quæ antea dicta sunt, erat quædam
ex ipsa varietate, & ac novitate rerum, ac criminum de-
lecatio. nunc tractare caufam instituimus frumentariam:
qua 10 magnitudine injuria, & re, criminibus ceteris an-
tecellit: jucundatatis in agendo, & varietatis minus habe-
bit. vestra autem auctoritate & prudentia dignissimum
est, judices, 11 in audiendi diligentia non minus religio-
nem tribuere, quām volupti. In hac causa frumenta-
tia, cognoscenda hac vobis proponite, judices, vos de
rebus, fortunis; Siculorum omnium, de civium Roman.
qui arant in Sicilia, bonis, de vestigialibus à majoribus
traditis, de vita, vestituque populi Rom. cognituros. qua si ma-
gna, atque adeò maxima vobis videntur: quām varie,
& quām copiose dicantur, expectare nolite. Neminem
vestrum præter, judices, omnem utilitatem, opportu-
nitatemque provinciæ Sicilie, qua ad commoda populi
Romani adjuncta sit, consistere in re frumentaria ma-
xime, nam ceteris rebus adjuvamur ex illa provincia: hac
vero alius, ac sustinemur. Ea causa tripartita, judices,
erit in accusatione, prius enim de decumano, deinde de
emoto

nam sic loquuntur Tullius lib. v. in Verr. cap. 15. p.

*2. Ut ab his se absolvant. Hitt. & Met. ut his absolvant, omnis alius
non male, nolui tamen sequi, quod & alteri sua effet venustas.*

*3. Iste ergo deprehendatur. Sic Pall. & edd. omnes. Gulielmus incli-
nat in Hitt. & Metell. scripturam reprehendit; quam sane vix ad
misericordia reprehenditur enim is, qui quæ in ipsa *auto psuedo* plane
tenet, neque habet quo te excusat.*

4. Ex thensanum orbem. Ita mis. omnes. ita edd. ante Lambin.

*5. Haberi velit. Sic Hittorp. Metell. Fabr. vulgata, vul. codem res
redit. sed cur excludamus id, quod videri queat auctoris geno num?*

6. Ceterumque hominum magnorum. Prius imprecisi ceterumque

omnium mejeront, sed aliter extat in Fabr. in Hitt. in Mett.

*7. Despicere verum frugalitatem. Gulielmus arbitratur pronomen
esse additamentum librarii: malleorum flatim, depressione expiñitumque ira.*

8. Hujus argentei dominia vestra. Haud secus Fabric. Hittorp. Met.

*eximie, dominia potiss. pro magnificia; ut Graec. βασιλίας, tunc
enim maximè ostentabatur supplex argentea.*

9. Ac usuritate rom. Est in Metelli nobilitate. Forte non male, in-

quit Gulielmus.

*10. Magnitudine in injuryia ac re. Sic Fabric. & Metell. antea impre-
cisus est.*

11. In audiendi diligentia. Quanto ita melius retro vulgatis: in

audiendo diligentiam. est autem à Met. & Fabr.

emto dicemus frumento, postremo de estimato. Inter Siciliam, ceteraque provincias, judices, in agitorum vestigium ratione hoc interest, quod ceteris aut impositum vestigium est certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis, & plerisque Eoenorum, quasi Victoria primum, ac postea belli: aut censoria locatio constituta est, ut Asia, lege Semproniana. Sicilia civitates sic in amicitiam, & fidemque recipimus, ut eodem jure essent, quo fuissent: eadem conditione populo Rom. parerent, qua suis ante paruisseat.

¶ perpaucæ Sicilia civitates sunt bello à majoribus nostris subactæ: quarum sger cain esset publicus populi Romanus factus, tamen illis est redditus. in ager à censoribus locari solet. Federata civitates duas sunt, quarum decumanus venire non soleant, Mamertina, & Taurominiana: quinque præterea sine fridere immunes, civitates, ac liberæ, Centuripina, Halefina, Segestana, Halicensis, Panormitana: præterea omnis ager Sicilia civitatum, decumanus est: itemque ante imperium populi Rom. ipsorum Siculorum voluntate, & instituti sunt: videte nunc majorum sapientiam qui, cùm Siciliam, tam opportunitum subdidi bellum, atque paci, ad rem publicam adjunxerint, tanta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, ut non modò eorum agris vestigial novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, & neve vendundi aut tempus, aut locum commutarent: ut certo tempore anni, ut ibidem in Sicilia, denique ut lege Hieronica venderent, voluerunt eos in suis rebus ipsos interest: & eorumque amicos, non modo lego nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri. Ita decumas lege Hieronica semper vendandas centuerunt, ut iis jucundior esset numerus illius functio, si ejus regis, qui Sicilis carissimus fuit, non solum instituta, commutato imperio, verum etiam nomen maneret. Hoc jure ante Verrem pretorem Siculi semper usi sunt: hic primus instituta omnium, confusitudinem à majoribus traditam, conditionem amicitiae, ius societatis, conditionem, & vellere, & commutare aulus est. Quia in re primum illud reprehendo, & accuso, cur in re tam veteri, tam usitata, quidquam novi feceris. ingenio aliquid assecurues? tot homines & sapientissimos, & clarissimos, qui illam provinciam te tenuerunt, prudentia, consilioque vicest? Est tuum, est & ingenii, diligenterque tua, de hoc tibi, & concedo: scio, te Romæ, cum prætor esses, editio tuo possessiones hereditatum à liberis ad alienos, à primis hereditibus ad secundos, à legibus ad libidinem tuam translatisse. scio, te cuius superiorum omnium correspicio, & possessiones hereditatum non secundum eos, qui proferent, sed secundum eos, qui dicerent testamentum factum, dedisse: eaque res novas abs te prolatas, & inventas magno tibi qualiter fuisse scio: eundemque te memini censorias quoque leges in lassis rectis exigendis tollere & commutare: ne in redimeret, cuja rei esset: ne pupillo tutores, propinquique consulerent, quo minus fortunis omnibus evertetur: exigua diem præmitte operi, qua exteras ab negotio excluderes, ipse in tuo redemptore nullam certam diem obsecrare. Quamobrem novam legem te in decumis flatus est, qui hac non commutaret, sed existeret: capio quæ jamdui ad salutem sociorum, utilitatemque reipublicam, composita, comparataque essent, ad suos improbissimos questus convertere: qui primum certos insituerunt nomine decumanos, te vera ministros, & satellites cupiditatis suarum: per quos ostendam sic provinciam per triennium vexatam: atque vastatam, judices, ut eam multis annis, multorum innocentia, sapientiaque recreare nequeamus. Eorum omnium, qui decumanos vocabant, princeps erat Q. ille Apronus, quem videtis: de cuius improbat singulari gravissimum legationis querimonia, auditis. Adspicite, judices, vultum hominis, & adspicite: & ea contumacia, quam hic in perditiis rebus retinet, 12 illos ejus spiritus Siciliensis quos fuisse putetis, cogitate, acte, cordamini. Hic est Apronus, quem in provincia tota Verres, cum undique nequissimos homines conquisiasset, & cum ipse secum sui similes duxisset, non parum multos: nequitia, luxuria, audacia, & simillimum judicavit. Ita que

2. Fidemque recipimus.) Metelli, acceptimus, quod melius putat Guelmimus.

2. Nove vendundi aut tempus.) Hoc modo Fabr. & Metell. receperunt lectionem, vendundi.

3. Ex quoq; dimit, &c.) Adjecimus encliticam, iusq; à Metell. & Fabrio.

4. Sapientissimos & clarissimos.) Non poti; excludere vocem postremam, inventam non modo in Metell, sed etiam Fabr. nisi quod is clarius sit, aliis edd. id verbi abest.

5. Iugis diligenterque tua.) Sic Hieron. sic Fabr. & Metell. non prædictaque, quod in hac tenus eufis.

6. Peppercornum beneditum à libris ad alienos.) Adjecimus modò illud a libris, admoniti à Nanni scriptis, item Fabr. & Metell: quod tam non est Ciceronis legirum elatam Palatinus secundus; admittendumque potius à suis ad alienos, quid elegantius & iurisconsultis enim heredes suis, sunt filii.

7. Legemque hui rebus, qua ipsi viderentur sed edierint.) Est à membranaceis Langii. Vulgata, quod ipsi vid. dixerint: sed Pall. & Olim sibi servant tamen edierint.

8. Qui casu tum Romæ fuit.) M. Metelli, cass. & sic M. Tullius scriptissime ex Quintilianio dicimus.

9. Tunc Hieronimianam legem suscipit.) In Metell. sane legitur his nunc tetram Hieronimianam, ita qua repetitione, non parum venustatis & dignitatis videri queat.

10. Constituta was jura decumane.) Est à libris Nanni ac Metelli, publicati alias decumani.

11. Tot annis atque adeo seculis intensus.) Particula adjecta ex Metell. ad seculi isti intus, quod placuit Gallicmio.

12. Illos ejus spissius distingue.) Sic omnis versus lectio edita scriptaque.

que istos inter se per breve tempore, non res, non ratio, non commendatio aliqua, sed studiorum turpitudo, similitudoque conjuxit. Verris mores improbos, impurosq; nostis, fingite vobis, si potestis, aliquem, qui in omnibus istis rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines esse 1 possit; is erit Apronius ille: qui, ut ipse 2 non folum vita, sed etiam corpore, atque ore significat, immensa aliqua vorago est, aut gurges vitiorum, turpiditudinem que omnium. Hunc in omnibus stupris, hunc in famorum expilationibus, hunc in impuris convivis principem adhibebat: 3 tantamque habebat morum similitudine conjunctionem, atque concordiam, ut Apronius, qui alii inhumeratus, ac barbarus, isti uni commodus, ac disertus videtur; ut, quem omnes odissent, neque videre vellent, sine eo iste 4 non posset: ut, cum alii, ne convivis quidem iisdem, quibus Apronius, hic iisdem etiam pocalis uteretur: postremo, ut odor Apronii taxerimus oris, & corporis, quem (ut ajunt) ne bestiae quidem ferre poscent, uni isti suavis, & jucundus videbatur. Ille erat in tribunali proximus: 4 in cubiculo solus, in convivio dominus: actum maximè cum, accubante praetextato pratoris filio, 24 in convivio saltare nudus cœperat. Hunc, ut dicere intituli, principem 5 Verres ad fortunas aratorum, vexandas, diripiendasque esse voluit: hujus audacia, nequitia, crudelitatis, fidelissimos socios, optimosque eiveis lecitore hoc pratore traditos, judices, atque addictos suis, *mores instituens & edicis*, tota Hieronica lege, (quemadmodum dixi) rejecta, & repudiata. Primum, edictum, judices, audite præclarum: *QVANTVM decumanus edidisset aratorum sibi decumæ dare oportere, ut tantum arator decumanus dare cogeretur?* Quomodo? quantum popo-
cerit Apronius, dato. Quid est hoc? 6 utrum pratoris institutum in socios, an in bestiæ vicos infani edicatum, atque imperium tyranni? 7 Ego tandem, quantum ille poscerit poscerit poscerit, omnem, quantum exaravero. Quid omne? immo plus etiam, inquit, si volet. Quid tum? Quid censes? Aut dabis, aut contra edictum recisisse damnaberis. Per deos immortales, quid est hoc? verumne enim non est. Sic mihi persuaderis, judices, tametsi omnia in istum hominem convenire putetis, tamen hoc vobis fallum videri. ego enim, cum hoc docto Siciliis diceret, tamen affirmare non auderem, si haec edita non ex ihus tabu: 8 totidem verbis recitare possem: sicuti faciam, da, quo, scribz, reciter ex codice. Recita edictum de professione. *EDICTVM DE PROFESSIONE.* Negat me recitare totum, nam id significare ntu videtur. Quid prætereo? an illud, ubi caves tamen Sicilis, & miseros respicias aratores? edicis enim, te in decumanum, si plura luctulerit, quam debitus sit, in octuplum judicium daturum esse. Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoque, quod postulat, 8 totum, recita. *EDICTVM DE IUDICIO IN OCTUPLOM.* Judicio ut arator decumanum persequatur? miserum, atque iniquum, ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad subsellia, ab usu rerum rusticorum ad insolitum

item, atque judicium. Cum omnibus in aliis vestigalibus, Asia, Macedoniz, Hispaniz, Galliz, Africæ, Sardiniz, ipsius Italiz, quæ vestigalia sunt: cum in his, inquam, rebus omnibus publicanus peitor, ac pignerator; non error, neque possessio soleat esse: tu de optimo, de justissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est, de aratoribus, ea iusta constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria. Utrum est equius, decumanum petere, an aratorum repete? *judicium, integra re, an perdita, fieri?* eum, qui manu queritur, an cum, qui dugo licitus sit, possidere? Quid? qui in singulis jugis arant, qui ab opere ipsi non recessunt, quo in numero magnus ante te prætor numerus, magna multitudine Siculorum fuit: quid facient? cum dederint Apronio, quod poposcerit, relinquunt Larem familiariter suum? venient Syracusas, ut, te prætore, videlicet, *equo pue*, Apronium, delicias, ac vitam tuam, judicio recuperatorio persequantur? Verum esto? 28. reperierunt aliquis fortis, & experiens orator, qui, cum tantum dederit decumano, quantum ille deberi dixerit, judicio repeat, & poenam octupli persequatur. Exspecto vim edicti, severitatem prætoris: favo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem posculat orator? nihil, nisi ex dicto judicium in octuplum. Quid Apronius? non recusat, quid prator? 9 jubet recuperatores rejicere. Decurias scribamus. Quas decurias? de cohorte mea rejicies, inquit. Quid? ita cohorts: *quorum hominum est?* Voluisi haruspicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. Nam de conventu nullum umquam judicem, nec recuperatorem dedit, iniquos decumanis esse ajebat omnes, qui ultima agri glabram possiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam a proniani convivii crapulam exhalassent. O præclarum, & commemorandum judicium! 10 severum edictum fò totum perfugium aratorum! Atque, ut intelligatis cuiusmodi ista judicia in octuplum, 29. cuiusmodi istius de cohorte recuperatores existimati sint: si attendere. Equeum pueris decumanum, hac licentia permitta, ut tantum ab aratore, quantum poposcerit, auferret plus, quam deberetur, poposcerit? considerate cum vestris animis volmetispi, equeum pueris, præsentis cum id non ro solum sine avaritia, sed etiam sine impudentia accipere potuerit, multos necesse est. At ego omnes dico 11 plus, ac multo plus, quam decumas, abstulisse. cedo mihi unum ex triennio præture tua, quis octupli damnatus sit, damnatus? immo vero in quem judicium ex dicto tuo postulatum sit. Nemo era videlicet aratorum, qui in iuriam sibi factam queri posset: nemo decumanorum, qui grano amplius 12 sibi, quam deberetur, deberi professus esset. immo vero contra, rapiebat, & aportabat, quantum a quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores spoliati, ac vexati querebantur: neque tamen ultimæ judicium repesceret. Quid est hoc? tot viri fortes, 30. honesti, gratiosi, tot Sicili, tot equites Rom, ab uno homine nequissimo, ac turpissimo laeti, panam octupli sine ulla.

1. Positum est erit Apronius ille.) Ita egregie Nan. & Metell. codd. prævulgato, erat.

2. Non solum vix, sed etiam carere.) Vox etiam non est in Metell. ms. neque defuderaverim.

3. Tantamque habet morsis formidanda.) Melius forte idem liber, habet.

4. In cubiculo solus.) Eloquentia Pall. Nan. Metell. libri agnoscuntur, ut & olim editi omnes, neque alter legendum. Lambinus, scilicet,

5. Verres ad fortunas aratores rexandus dixi. Non potu non legi exemplaria Fabr. & Metelli, quæ non agnoscabant illud vulgatum.

Verres ad fortandas fort. a. dxx. dixi.

6. Unus pratoris iugis ratione in scitis, &c. I Metelli, pratoris pr. insituum, &c. procul dubio referendum, pratoris populis hem. insit. non sine insigni emphasi.

7. Ego tamenmodum quantum.) Lambinus divisiva voce, ergo tantammodum quantum, minus recte.

8. Tum recta. *EDICTVM, &c.*) Sic Pal. prim. nam sec. iugis. *ΨΗΦΙσμα de iudicio in octuplum.* verum antiqua editio facit etiam probobis.

9. Iuber recuperatores rejicere. Decurias scribamus. Quas deo?) Ita Pall. & vett. editio, quemadmodum cupiebat distinguere Hotomanus, nam mediæ recte. Iuber recuperatores rejicere decurias scribamus. Quas deo porro videtur adhuc legendum ex Fabr. & Metell. esemplibamus.

10. Solus sine avaritia, sed etiam sine impudentia accipere.) Scripserat Cicero, indicante Metelli codice; solus avaritia, sed etiam impudentia accidere pot. alludit Pall. prim. in quo, sine impudentia accidere pot.

11. Plus, ac multo plus quam.) Est à missi. Fabr. & Metell. prius de- erant nobis illa, ac multo plus.

12. Quod sibi debetur.) Ms. Metelli dicitur, sicut, inquit Guliellius, edetur.

ulla dubitatione commissam, non persecuntur? qua causa? quia ratio est? una illa, judices, quam videtis; quod ultra etiam i*stus* & i*rritos* ab iudice dis*missos* reddunt. Etenim quo*e*sset i*judicium*, cum e*Verris* turpissimo, flagitiosissimoque comitatu tres recuperatorum nomine*af* sedissent, a*se*c*ta* i*stius*, non a*patre* ei traditi, sed a*metre* 31. *cula* commendati? Ageret videlicet causam aratorum: nihil sibi frumenti ab Apronio relictum, bona sua etiam direpta: se pulsatum, verberatumque diceret. conseruent viri boni capita: de commissatione loquerentur inter se, ac de mulierculis, si quas a*pratore* abeunte*is* possent deprehendere. res agi videretur, surrexisset Apronius, *nova dignitas* publicani, non ut decumanus, squalitoris plenus, ac polveris: sed unguentis oblitus: vino, vigiliisque languidis. omnia primo motu, ac spiritu suo, vini: unguenti, corporis odore complexer, dixisset h*ec*, que vulgo dicere solebat, *NON SE DECVMAS EMISSE*. sed bona, fortunataque aratorum: non ut decumanum esse Apronium, sed Verrum alterum: dominum ilorum, ac tyrannum. Qui cum dixisset, illi viri optimi de cohorte i*stius* recuperatores, non de absolvendo Apronio deliberarent, sed 32. & quererent, ecquo modo petitorum ipsum Apronium condamnare possent. Hanc te licentiam dispiendorum aratorum cum decumanis, hoc e*st*, Apronio permis*ses*, ut quantum vellet, posceret: quantum poposceret, sufficeret: hoc tibi defensionis ad i*judicium* tuum comparabas, habuisse te edictum, recuperatores daturum in octuplum? Si mehercule ex omni copia conventus Syracusani, splendidi*ss* hominum, honestissimorumque hominum faceres protestatem aratori, non modo re*sciundi*, sed etiam sumendi recuperatores; tamen hoc *vorum genus iniuria* ferre nemo posset, te, cum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amissis, tum bona tua repeteret, ac 33. *persequi* lite, atque i*judicio*. Cum vero verbo, *judicium* sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum, hominum ne*quifiliorum* *allusio* cum decumanis, sociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen aude*s*, illius i*judicium* mentionem facere, prae*ter*sum cum id non modo oratione mea, sed etiam te ipsa refellatur? cum in tantis incommodis aratorum, i*njuriis* que decumanorum, nullum ex isto praecato edicto non modo factum, sed ne postulatum quidem 34. i*judicium* inveniat*ur*? Erit tamen in aratores senior, quam videtur nam, qui in decumanos *octupli* *judicium* se daturum edixit, idem habuit in edicto, se in aratorem in quadruplum daturum. Quis hinc audet dicere, aratoribus infelium, aut inimicum fuisse? quanto senior est, quam in publicanum? Edixit, 4 ut, quod decumanus edidisset, sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Siculus exigere. Quid dereliquerit i*judicium*, quod in aratorem dati posset? Non malum est, inquit, esse i*stante* formidinem: ut, cum exactum sit ab aratore, tamen ne se commoveat, teliquis metus i*judicij* sit. Si i*judicium* a me vis exigere, remove Siculum, si hanc vim adhibes, quid opus est i*judicium*? Quis porro erit, qui non malit decumanis tuis dare, & quod poposcerit, quam ab a*se*c*ta* tuis quadruplo condemnari? 35. Illa vero prae*clarata* est clausula edicti, quod omnium cont*roversiarum*, qua*e*ssent inter aratorem, & decumanum,

si uer velin, edicit, se recuperatores datum*m*. Primum quo*test* esse controversia, cum is, qui petere debet, aufer*et*; & cum is non, quantum debetur, sed quantum commodum est, aufer*et* ille autem, unde ablatum est, i*judicium* suum recuperare nullo modo potest? deinde in hoc 6 hominibus, etiam callidus, ac veterator esse vult, quod ita scribit, *SIVTER VOLET, RECUPERATORES DA 80.* Quam lepid*et* se i*tarati* putat? Utrique facit porestatem*med* utrum ita i*script* est, & uer volit, an, *Si decumanus volit*, nihil interest, arator enim tuos istos recuperatores 7 non quam volet. Quid? illa cuiusmodi sunt, quae ex tempore*ab* Apronio admotus, edixit? *Q* Septrito, honestissimo homine, equiteque Romano, resiliente Apronio, & affirmando, se plus decuma*no* nat*urum*, exorit peculare*edictum* repentinum, ne quis frumentum de area tolleret, nisi cum decumanus p*actus* *esset*. Ferebat hanc quoque inquitate Septitius, & imbris frumentum corump*ri* in area i*partebat*; cum illud *edictum* repente uberrimum, & qualituo*llum* nascitur, ut ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Hoc edicto non Siculi 27. nam eos quidem jam superioribus edictis lais per*cederat*, atque affixerat) sed iti*sp*li equites Rom. qui suauis retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & alii pratoribus gratiosi, vincit Apronio traditi sunt. Attendite enim, cuiusmodi edicta sunt. *NE TO LLAT*, inquit, *EX AREA, NISI ERIT PACTVS*. Satis huc magna vis est ad inique*pac*escendum, maio enim plus date, quam non matute*ex* area tollere. At ista vi Septitium, & nonnullos Septium simile*is* non co*rcet*: qui ita dicunt. Non tollam potius, quam pac*tear*. *9* His hoc opponit*ur*. Deportatum habens ante Kalend. Sext. Deportabo i*gitur*. Nisi pactus eius, non commovebis. Sic deportandi dies praefixa*tolle* cogebat ex area. Prohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim exhibebat p*actioni*, non voluntatem. Jam vero illud *edictum* non solum contra legem Hieronicam, nec solum contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia*pa* Siculorum, qua*e* habent a senatu, populique Romano, & extra suum forum vadimonium promittere cogatur. Statuit iste, ut arator decumano, quod vellet decumanus, vadimonium promitteret. ut hic quoque Apronio, cum a Leontinis usque Lilybicum aliquem vadaretur, ex miseri*arato*ribus calumniandi qu*stus* accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam singulari*confilio* reperta ratio, quod edixerat, ut aratores jugera sati*onum* suarum proflentur. Quae res cum ad p*actiones* iniquissimas magnam vim habuit, sicut ostendam, neque ad ullam utilitatem reip*peri*tinuit: tum vero ad calumnias, in quas omnes incident*er*, quos vellet Apronius. Ut enim quicunque contra voluntatem eius dixerat, ita in eum i*judicium* de professione jugerum postulabatur, cuius i*judicij* meru*magnum* a multis frumenti numerus ablatus, magna*que* pecunia co*sta* sunt: non quo jugerum numerum, vere profiteret*est* difficile, aut amplius etiam profiteret*quid enim in eo periculi esse posset?* sed causa erat i*judicij* postulandi, quod ex edicto professus non esset. *Judicium* autem quod fuerit, isto pr*atorie*, si, qua*e* cohort*is*, & qui comitatus fuerit,

1. *Istus* & *irritus* Sic Nanni sic Met. codex: placuisse prouis Guilelmio, p*ro*te*g*ato*ri* i*rritato*, quod & in Pall. & Vr*bi*, tanquam *irritum*, vox i*taratorum*, cum res divina non recte facta.

2. *Quaeratis, neque modo petitorum ipsum Apronium condamnare, &c.* Ap*pro*posito permis*ses*, Exemplaria Iulica in hunc usque diem integr*al* detinuntur periodo; quam imm*pli* libris nostris, auctoritate codicis Nannian*is* cui accedit & liber Metelli.

3. *Istum i*judicium* mentire*nam* facit.* Malebat Guilelmus ultimus, ut et*in* Metell. & Nanni.

4. *Ut, quod decumanus edidisset, Lambinian*is* aliquet editiones in*mal* pre*fererunt* decumanos.*

5. *Quod i*scriter* quoniam ab ag*ri* via quadruplo condamnari.* Sic queque

Met. & Fabr. quippe vulgata*posserent*. & quadrupli, quod ultimum de*min*it etiam Nannii exemplaria calamo*exarata*.

6. *Homo laetus.* *7* Sic Pal. prim. Metell. & Alding*at* veteris*que* *que* *lycetus*, quod renunti*Victori* ac Lambinus*reperi* in Pal. fec*laetus*; quod non admodum displicet.

7. *Nanquam volit.* *8* Et i*taratu* Septitium. *9* Hoc quoque i*firma* auctoritate Metell. & Nanni vulgata*namque* *ris*.

9 His his opposic*us*. Haud aliter Fabr. & Metell. non app*aruer*, ut in vulgatis.

fuerit, meministis, scire debetis. Quid igitur est, quod ex hac iniuritate novorum edictorum intelligi velim, judices, Injuriam factam sociis? at videtis. Autoritatem superiorum repudiata? non audebit negare. Tantum Apronium isto pratore potuisse? confiteatur, ne esse est. Sed vos fortasse, quod vos lex commonet, id in hoc loco quareatis, num quas ex hisce rebus pecunias cepitis. Docebo, cepisse maximas, omnesque eas iniuritates, de quibus antea dixi, sui quæstus causa i constituisse convincam, si prius illud propugnaculum, quo contra omneis meos impetus usurum se putat, ex defensione ejus dejeero. Magno, inquit, decumas vendidi. Quid aïs? an tu de cumas, homo audacissime, atque amentissime, vendidisti? tu parteis eas, quas te S. P. Q. R. voluit, an fructus integros, atque adeò bona, fortunataque aratorum omnes vendidisti? Si palam p[ro]p[ri]o jussi tuo prædicasset, non decumas frumenti, sed dimidias venire parteis, & ita emtores accessissent, ut ad dimidias parteis clementias. si pluris vendidisses tu dimidias, quam ceteri decumas, cuinam mirum videretur? Quid verò, si p[ro]p[ri]o decumas pronuntiavit: re vera, hoc est, lege, edicto, conditione plus eriam, quam dimidias venierunt? tamen hoc tibi præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quam ceteros quod oportebat, vendidisse? Pluris vendidi decumas, quam ceteri. Quibus rebus id assecutus es? innocentia? Adspice adem Castroris: deinde, si audes, fac mentionem innocentia. Diligentis codicis literas tu contempnare in Stheni Thermitani nomine, deinde aude te dicere diligenter. Ingenio? qui testis interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum prebere malueris, quantumvis. & te, & patronos tuos, ingeniosos esse dicio. Qua te igitur id, quod aïs, assecutus? MAGNA EST enim laus, si superiores consilio vicisti, posterioribus exemplum atque auctoritatem reliquisti. Tibi fortasse idoneus fuit nemo, quem imitare. At te videlicet, inventorem rerum optimarum, ac principem, imitabuntur omnes. Quis aratorum, ac pratore decumam dedit? quis duas? quis non maximo se affectum beneficio putavit, cum tribus decumis, pro una defungere, præter paucos, qui proper sicut etiam futorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter importunitatem tuam, senatusque bonitatem, quid inter sit. Senatus, cum temporibus recip. cogitur, ut decernat, ut alterè decuma exigantur, ita decernit, ut pecunia pro his decumis solvatur aratoribus: ut, quod plus sumitur, quam debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cum tot decumas non S. C. sed novis editis tuis, nefarii que infinitus exigeres, & etioperes: magnum te fecisse arbitrabere, si pluris vendideris, quam L. Hortensius, pater istius Q. Hortensii, quam Cn. Pompejus, quam M. Marcellus; qui ab aquitate, ab lege, ab institutio[n]e non recesserunt? An tibi unius anni, aut bienni ratio habenda fuit: salus provinciæ, commoda rei frumentaria, ratio recip. in posterum fuit negligenda? cum ita rem constitutam accepis, ut & populo Ro. fatis frumenti ex Sicilia suppedaretur, & aratoribus tamen arare, atq[ue] agros colere expediret? Quid effecisti? quid assecutus es? Ut populo R. pratore te, nescio quid ad decumas accederet, deferendas arationes, relinquentasque curasti. Successor tibi L. Metellus. Tu innocentior, quam Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim consulatus quarebatur, Metello paternus honor, & avitus negligebatur. multo mino-

ris vendidit, non modo, quam tu, sed etiam, quam qui ante te vendiderunt. Quæsto, si ipse excogitare non poterat, quemadmodum quam plurimo vendet: ne tua quidem recentia proximi pratoris vestigia persequi poterat, ut tuis præclaris, abs te præcipue inventis, & excogitatis editis, atque institutis uteretur? Ille verò tum se Metellum mini-⁴⁴ m[od]e fore putasset, si te ulla in re imitatus esset: qui ab urbe Roma, quod nemo umquam post hominum memoriaris fecit, cum sibi in provinciam proficiscendum putaret, litteras ad Siciliæ civitates misit, per quas hortatur, & rogat, ut ⁴ serant in beneficio populi R. Hoc petit aliquanto ante adventum suum: & simul ostendit, se lege Hieronica venditurum, hoc est, in omni ratione decumarum nihil isti simile facturum. Atque hæc, non cupiditate aliqua scribit adducit, ut in alienam provinciam mittat litteras ante tempus: sed consilio, ne, si tempus sationis præteriisset, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. Cognoscite Metelli litteras. Recita epistolam L.⁴⁵. Metelli. LITTERÆ L.. METELLI. Ha litteræ, judices, L. Metelli, quas audistis, hoc, quantum est ex Sicilia frumenti hornotini exaraverunt gl[ori]am conosset in agro decumano Sicilia nemo, si Metellus hanc epistolam non misisset. Quid? Metello divinitus hoc venit in mentem: an ab Siculis, qui Romanam frequentissimi convenerant, negotiatoribusque & Siciliæ doctus est? quorum, quanti conventus ad Marcellos, antiquissimos Siciliæ patronos, quanri ad Cn. Pompejum, Cos. designatum, ceterosque illius provinciæ necessarios, fieri soliti sint, quis ignorat? Quod quidem judicium nullo umquam de homine factum est, ut absens accusaretur ab iis palam, quorum in bona, libero que sumnum imperium, potestatemque habueret. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpetrari, quam non de istius pravitate, & injuriis deplorare, & conqueri malent. Quas litteras cum ad omneis civitates propè suppli-⁴⁶ citer misset Metellus: tamen antiquum modum sationis, nulla ex parte 6 assequi potuit. diffugerant enim permul- ti, id quod ostendat: non solum arationes, sed etiam fides suas patrias, istius injuriis exagitari, reliquerant. Non meherculè 7 criminis augendi causa dicam, judices: sed, quem accepi ipse oculis, animoisque sensum, hunc vere apud vos, & ut potero, planissime exponam. Nam, cum quadriennio post in Siciliam venissem: sic mihi affecta visa est, ut ha[ec] terra solent, in quibus bellum acerbum, diuturnum versatum est: quos ego campos antea, colleisque nitidissimos, viridisissimosque vidissim, hos ita vastatos nunc, ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare, ac lugere dominum videretur. Herbitensis ager, Ennenensis, Murgentinus, Assorinus, Macharenensis, Agyrinenensis, ita relicta erat ex maxima parte, ut non solum juge- rum, sed etiam dominum multitudinem quereremus. Athensis verò ager, qui solebat esse cultissimum, & quod caput est rei frumentaria, campus Leontinus, & cuius antea spes haec erat, ut, cum obsitum vidisset, annona carissima non revereret: sic erat deformis, atque horridus, ut in uberti- ma Siciliæ parte Siciliam quereremus. labefactarat enim vehementer aratores jam superior annus: proximus verò funditus everterat. Tu mihi etiam audes mentionem face-⁴⁷ re decumarum? Tu 9 in tanta improbitate, tu in tanta aceritate, in tor & tantis injuriis, cum in arationibus, & in earum rerum jure provincia Sicilia consistat: eversis fundi-

^{1.} Confessio eiusdem. Sic Pall. Nann. e[st]d. que exallex. neq[ue] abit Fabr. aut Metell. nisi quod i[ps]i rincam. Victoria, irrep[er]it evanescam.
^{2.} In tacitum et summo præberet. Melsius forte Metelli tacitum. os præberet, qui verberari se aut consumelua offici impune patitur.
^{3.} Pro una defugere. Ita omnes mis. nostri & e[st]d. usque ad Victoria, quæ defugere, hoc est, carpere, inquit Camerarius.
^{4.} Serant in beneficio populi R. Hoc p[ro]p[ri]o, &c. Lambinus edidit; ser-
rant. In beneficio populi R. hic petit. Nannii codex, non habet vocem in-
legitque statim, proper hoc petit, &c. Locus lubricus.

^{5.} Siciliæ dolus est. Forte edidit illi, inquit Galilieus.
^{6.} Assecu[re]ti prius. Ita Nan. liber, vulgata, exsequi, quod & in Pall.
^{7.} Criminis augendi causa dicam. Suspectum Galilieio vox causa,
tanquam scribere addicendum.
^{8.} Cuius auro spes haec erat. M. Nannii, item Pall. spacie. Tibul-
lus, Nic spes definiet.
^{9.} In tanta improbitate. Recepit isti[us] sua[us] mis. Nannii prius dece-
rant, neque hærent in Pall. nam hec jam deficiunt exemplaria Metelli
atque Hittorpii; magno Criticæ rei malo.

funditus aratoribus, relictis agris, cum in provincia tam locuplete, ac referia, non modo rem, sed ne spem quidem ullam reliquam euiquam feceris, aliquid te populare putabis habere, cum dices, te placis, quam ceteros, decumas vendidisse? Quasi vero aut populus Rom. hoc voluerit, aut senatus hoc tibi mandaverit, ut, cum omnis aratorum fortunas decumarum nomine eriperet, in posterum fructu illo, commodeque rei frumentariae populum Romanum privares: deinde, si quam partem iuxta praeceps ad summam decumarum addidisses, bene de populo Rom. meritis videres. Atque perinde loqueris, quasi in eo sit iniquitas eius reprehendenda, quod propter gloriam cupiditatem, ut aliquos summa decumarum vinceret, accepiorum legem, duriora edita interposuerit, omnium superiorum auctoritatem repudiazit. Magno tu decumas vendidisti. Quid, si doceo, te non minus durum tuum averuisse, quam Romanum mississe: decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cum ex provincia populi Rom. quam partem in tibi summis, atque populo Rom. miseras? quid, si duabus partibus doceo, et amplius frumenti abitudinis, quam populo Rom. mississe? ramenae putamus patrum tuum in hoc crimine cerviculam jacifurum, & populo se ad coronam daturum? Hoc vos antea, judices audistis: verum fortasse ita audiatis, ut auctorem rumorem habebatis, sermonemque omnium, cognoscite nunc, innumerablem pecuniam frumentario nomine ereptam: ut sumul illam quoque ejus vocem improbam agnoscatis: qui se uno quæstu decumarum omnia sua pericula redemutum esse dicebat. 3. Audimus hoc jam diu, judices: nego quemquam esse vestrum, quin sèpè audierit, socios illius fuisse, decumanos. nihil aliud arbitror in istum falso esse dictum ab iis, qui male de isto existimantur, nisi hoc, nam socii pugnandi sunt, quos rater rei communicata est. Ego rem totam, fortunamque aratorum omneis, illius fuisse dico: Apronium, Veneriosque servos, quod isto praetore fuit novum genus publicanorum, ceterosque decumanos, procuratores illius si quækus, & ministros rapinarum fuisse dico. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui istum esse prædatum? opinor, ex eo maxime, quod inquit legem, & novamque dixisset. Quis enim umquam conatus est 3 jura omnia, & consuetudines omnium commutare cum vituperatione, sine quæstu? Pergam, atque insequar longius, iniqua lego vendebas, quo pluris venderes. cur, jam addicisti, & venditis decumis, cum jam ad summam decumarum nihil, ad tuum quæstum multum posset accedere, subito, atque ex tempore nova nascebantur edita? nam ut vadimonium decumano, quocunque is vellet, promitteretur, ut ex area, nisi pacitus esset, auctor ne tolleret: 6 ut ante Kal. Sext. decumas deportatas haberent: hac omnia, venditis decumis, anno tercio re edixisse dico: quæ fù reipub. causa faceres, in vendendo essent pronuntiata, quia tua causa faciebas, quod erat imprudentia prætermissum, 7 id quæstu ac tempore ad 2 moniti reprehendisti. Illud vero cui probari potest? te sine tuo quæstu, ac maximo quæstu, tantam tuam infamiam, tantum capitum tui, fortunamque periculum neglexisse; ut, cum totius Sicilie quotidie gemitus, querimoniaque

1. Ad summan decumarum. 2. Male editiones: aliquot Lumbinienses gamma.

2. Et populo se ad coronam daturum. 3. Lipsius noster emendabat lib. 1. Variat. cap. 5. accepit.

3. Audimus hoc jamdiu. Vulgata, Audimus; sed nostrum est à Pall. meliusque convenit.

4. Nevanque dixisset. 5. Porfan edixisset, inquit Gulielmus.

5. Ista omnia, &c. Idem conjicit, communia.

6. Ut ante Rel. Seculari, &c. Particulariter ad postulati voluntibus membranis Nannii.

7. Id tempore ac quæstu admodum reprobaveristi. Appage correctores istos, qui hec argue incepti sunt.

8. Ite homines bene!, ac leuepli tristis! Tres voces interseruntur sunt de seconitate libri Nanniani.

audires; cum, ut ipse dixisti, reum te fore putares; cum hujuscemodi judicii discrimen ab opinione tua non abhorreteret: paterete tamen aratores, indignissimis iuris vexati, asperiti? profecto, quamquam ex singulari crudelitate, & audacia: tamen abs te totam alienati provinciam, & totum homines honestissimos, ac locupletissimos, tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem, & cogitationem taliter tuus, peccata cupiditas, ac præsens illa præda superaret. Etenim, quoniam summan, & numerum injuriarum, dices, vobis non pallium exponere: singulatim autem de uniuscujusque inconveniente infinitum est: genera ipsa injuriarum, quæsto, cognoscite. Nympha est Centaurinus homo navus, & industriosus, experientissimus, ac diligenterissimus arator, is cum arationes magnas conditæ haberet, s quod homines etiam locupletores, sicut ille est, in Sicilia facere consueverunt, & easque magna impensa, magno instrumento tueretur: tanta ab illo iniquitate oppressus est, ut non modo arationes relinquere, sed etiam ex Sicilia profugeret, Romamque una cum multis ab isto ejectis, veniret, fecit ut decumanus 9. Nymphonem vocaret ex editio illo præclaro, quod nullam ad aliam tem, nisi ad hujusmodi quæstus pertinebat, numerum jugerum profsum esse. Nympha cum se vellet eque judicio defendere, ille viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium (is est Artemidorus Pergicus, qui in sua patria dux isti quondam, & magister ad delphiniandum Diana templum fuit) & haruspicem Volusianum, & Valerium præconem. Nympha, antequam planè constituit, condescendatur. Quanti, fortassis queritis, nulla erat editio pena certa, frumenti ejus omnis, quod in arcis esset. Sic Aproniū decumanus, non decumam debitam, non frumentum remotum, atque celatum: sed tritici septem millia medimum ex Nymphonis arationibus, editio pena, non redemptionis aliquo jure tollit. Xenonis Meneni, 55 nobilissimi hominis, uxoris fundus erat colono locatus, colonus, quod decumanorum injuries ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem judicium datus illud sumnum damnatorium de jugerum professione. Xenon se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. dabit iste judicium, 10. Si PARERET, jugera ejus fundi esse plura, quām colonus esset professus, tum uti Xeno damnatur. Dicebat ille, non modo non arasse se. 11 id quod in fatis erat, sed nec dominum ejus esset fundi, nec locatorum: 12. uxoris esse: eam ipsum suum negotium gerere: ipsam locavisse. Defendebat Xenonem homo summo splendore, & summa auctoritate prædictus, M. Coscius. Iste nihilominus judicium, 11. s. LXXX. milium dabat. Ille tametsi recuperatores de cohorte latronum sibi patari videbat: tamen judicium acceptum se esse dicebat. Tum iste magna voce Veneris imperat, 13. ut Xeno audiret; DVM RES JUDICE TVR, hominem ut asservent: cum judicatum sit, ad se adducant, & illud simili dixerit: se non putate, illum, si druidas, penas damnationis contempneret, etiam virgas contempnere. Hac ille vi, & hoc metu addutus, tantum decumanum, quantum iste imperaverat, exsolvit. Polemarchus est Muigentinus, vir bonus, atque honestus, 56. is, cum pro jugeribus quinquaginta, medimum 10. cc. de-

cum

9. Nymphonem negare ex editio, &c. Est à Pall. fec. nam prim. recessi, vulgata hodie, varians & post, prijssem non esset, contra utrumque mis.

10. Si patari jugera ejus f. r. pl. q. col. if. p. rumunt Xeno) Est à Pall. pr. & sec. nisi quod is, apparet, vulgata: si patari jugera ejusmodi & r. tum Xeno, &c.

11. Id quod in fatis erat. Ita citat ex nescio quibus veteribus Historiis, at mss. nostris & edd. alii abest præpolinio.

12. Uxor is eff. 1. In liber Nannii, aliorum, utrumque quomodo item pulsata vulgata, nec omnino male.

13. Ut Xeno audiret. Hoc est ut ille exaudire posset minas Veris subiequas. Sic Ovidius lib. 11. Amoris: Risi, ut audirem. teora cum matre Cupido, emendatio hoys loci est ab Nanniano, & Pall. secund.

etiam imperarentur, quod recusabat, domum ad istum et in ius eductus est: & cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est: quod, nisi mulieri, & decumano, patebat nemini alii. Ibi, cum pugnis & calcibus confiscatus esset: qui n.e.g. medimnis decidero noluisset, mille promisit. Eubulides est Grosphus, Centuripinus, homo cum virtute & nobilitate domi sua, tum etiam pecunia princeps. huic homini, judices, honestissimam civitatis honestissimo, non modo frumenti scitote, sed etiam una & sanguini tantum relictum esse, quantum Apronius libido tulit. nam vi, malo, plagis adductus est, ut frumenti daret, 572 non quantum haberet, sed quantum cogeretur. Sostratus, & Numenius, & Nymphodorus ejusdem civitatis, cum ex agris tres fratres confortes profugissent, quod iis plus frumenti imperabatur, quam quantum exaratarunt: hominibus coactis, in eorum arationes Apronius venit: omne instrumentum diripiuit, familiam abduxit, pecus abegit, postea cum ad eum Nymphodorus venisset Aetnam: & oraret, ut sibi sua restituissent: hominem corripi, ac suspendi justis in molesta quadam: quæ est arbor, judices, in foro, tamdiu pendunt in arbore focius, amicusque populi Rom. in slociorum urbe ac foro, colonus 58. aratorque vester, quādū voluntas Apronii tulit. Genera jamdudum innumerabilium injuriarum, judices, singulis nominibus profero: infinitam multitudinem injuriarum prætermitto, vos ante oculos, animosque vestros, tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, hujus importunitatem, Apronii regnum proponite. Contemnit Siculos: non duxit homines: nec ipsos ad perse quendum vehemente fore, & vos eorum injurias leviter 59 laturos existimavit. Elto: falsam de illis habuit opinionem, malam de vobis: verumtamen cum de Siculis male mereretur, civeis Romanos coluit, his indulxit, eorum voluntate, & gratia deditus fuit. 4. Ita civeis Romanos? At nullus inimicior, aut infelior fuit. Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto securis: crucem denique illam prætermitto, quam civibus Romanis se 60. stem humanitas in eos, ac benivolentia sua voluit esse: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus rejicio: de decumis, de ciuium Romanor. conditione in arationibus dispergo: qui quemadmodum essent accepti, judices, audistis ex ipsis, bona sibi erupta esse dixere. Verum hæc, 6 quoniam ejusmodi causæ fuit, terenda sunt: nihil valuisse aquitatem, nihil consuetudinem: DAMNA denique, judices, nulla tanta sunt, quæ non viri fortes, magno & libero animo affecti, ferenda arbitrantur. Quid, si equitibus Rom. non obfuscos, neque ignotis, sed honestis, & illustribus, manus ab Apronio, isto praetore, sine ulla dubitatione afferebantur? quid exspectatis? quid à me amplius dicendum puratis? id agendum, ut eo celerius de isto transfigamus, quo maturius ad Apronius possimus, id quod ego illi jam in Sicilia, & pollicitus sum, pervenire? qui C. Matrinium, judices, summa virtute hominem, summa industria, summa gratia, Leontinis, in publico, biduum tenuit 8 atque ab Apronio, judices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato, ad Verris flagitia, libidinosque accommodato, equitem Rom. scitote biduum cibo, testo que prohibutum biduum Leontinis, in foro, custodiis Apronii retenutum, atque servatum, neque ante dimissum, quād ad conditores ejus depactus est.

Nam quid ego de Q. Lollio, judices, dicam, equite Romano spectato atque honesto? Clara res est, quam dicturus sum, tota Sicilia celeberrima, atque notissima: qui cum araret in Aetnensi, cumque is ager Apronio cum ceteris agris esset traditus; equestris vetere illa & auctoritate, & gratia fretus, affirmavit, se decumanis plus quam deberet, non daturum. restur ejus sermo ad Apronium. Enimvero iste ridere, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil de ceteris rebus audisse, mittit ad hominem Venerios, hoc quoque attendite, apparitiones à praetore assignator habuisse decumanum: si hoc mediocre argumentum vide ri potest, istum decumanorum nomine ad suos quæstus esse abusum) adducitur à Veneriis, atque adeò attrahitur Lollius comode, cum Apronius è palestra redisset, & in triclinio, quod in foro Aetna statuerat, decubuisse. Statuitur Lollius in illo tempore gladiatorium convivio. Non mehercule, qua loquor, credere, judices, tametsi vulgo audieram, nisi mecum ipse senex, cum mihi, atque huic voluntati accusationis maxime lacrymans gratias ageret, summa cum auctoritate esset locutus. Statuitur, ut dico, eques Rom. prop. annos x.e. natus, in Apronii convivio, cum interea Apronius caput, atque os suum unguento perficeret. Quid est, Loll? inquit, tu, nisi malo coactus, recte facere nescis? Homo quid ageret: taceret, responderet: quid faceret denique, illa auctoritate, & xtate præditus, nesciebat. Apronius interea cenam, ac pocula poscebat. servi autem ejus, qui & moribus iusti erant, quibus dominus, & eodem genere, ac loco nati, præter oculos Lollii hæc omnia cerebant. Rideret convivæ, cachinnari ipse Apronius: nisi forte existimat, eum in vino, ac luxu non risisse, qui nunc in periculo, atque exitio suo rīsum tenere non possit. Ne multa, judices, his contumeliis scitote Q. Lollium coactum, ad Apronii leges, conditionesque venisse. Lollius, atate & moibro impeditus, ad testimo 63. dicendum venire non potuit. Quid opus est Lollo? nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, 9 nemo abs te productus, nemo interrogatus, nunc se primùm hoc dicet audire. M. Lollius, ejus filius, adolescentis lectissimus, præstò est: hujus verba audietis. nam Q. Lollius ejus filius, qui Calidium accusavit, adolescentis & bonus, & fortis, & in primis disertus, cum his injuriis, contumeliisque commotus in Siciliam est profectus, in itinere occisus est, cuius mortis causam fugitiū sustinet: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre. Ita porrò non dubitabat, quin is, qui antea alium studio ad ductus accusasset, sibi adventienti præstò esset futurus, cum esset parentis injuriis, & domestico dolore commotus. Jamne intelligunt, judices, quæ pessi, quæ immunitas in vestra antiquissima, fidelissima, proximaque provincia versata sit? Jam videtis, quam ob causam Sicilia tot hominum antea furta, rapinas, iniuriantes, ignominiasque perpetras, non potuerit hoc novum, ac singulare, atque incredibile genus injuriarum, contumeliarumque periclerie? Jam omnes intelligunt, cur universa provincia defensoris sua salutis eum quæslivit, cuius iste fidei, diligentia, perseverantia, nulla ratione eripi possit. toti judicis interclusis: tot homines nocentes, & improbos, acculatos & velitra & superiorum memoria scitis esse. ecquem vidislis, ecquem auditis, in tantus furtis, in tam apertis, in tanta audacia

1. In iure eductus est.) Habent istud Pall. & Nann. ut omittam edd. rancida verbiarum, vulgaria, deducit.

2. Non quantum haberet.) Sic Pall. edd. que omnes.

3. In oleoq. quædam.) Hodie legitur quædam, sed contra Pall. & edd. veteres.

4. Isti cives Romanis?) Gulielmus confessat excidiisse voclam, sicut, iste civ. Ro. 8 at enim in Pall. scriptum est, iste C. R. 1. edd. prisios; iste civ. Ro. 4.

5. At nullus inimicior.) Est ab Hotomapi conjectura, nam scripti editique nullus.

6. Quoniam ei usq. causa fuit.) Sic Lambin. è Fabriciano. vulgar. & quoniam huiusmodi causa fuit.

7. Pollicentio sum perire.) Ita mss. Nanni, vulgaria lectio reire.

8. Aequo ab Apronio.) Mallem tolli aequo; tanquam supervacuum, quamvis tamen ei sua vis, si mutetur in aequo.

9. Nemo abs te productus.) Nane primum adiicitur Cicero ex Nonio, qui id laudat in producere, vestigiaque eius remanerant in ms. Nanni, præferente nemo prompte adductus; quod Gulielmus refinebat in amore adductus, ut Cicero misericordie eos qui ab ipso Verre prole add. carent, contra illum testimonium dicere conserue.

6. tanta impudenter esse versatum? Apronius stipatores Venerios fecum habebat; ducebat eos circum civitates; publice sibi convivia parari, sterni triclinia, & in foro sterni iubebat: et eò vocari homines honestissimos, non iolum Siculos, sed etiam equites Romanos; ut, quicumque inne convivium nemo umquam, nisi turpis, impatusque volueret, ad ejus convivium spectatissimi, atque honestissimi viri tenebrentur. Hoc tu omnium mortalium profligatissime, ac perdiutissime, cum scires, cum audires quotidie, cum videres: si sine tuo maximo quaestus fierent, cum tanto periculo tuo fieri patere, arque concederes? & tantum apud te quaestus Apronii, tantum ejus sermo inquinatissimus, & blanditiae flagitiose valuerunt, ut numquam animum tuum, cura
 6. quatum fortunam, cogitatio, tangeret? Cenitis, judices, quod & quantum incedunt, decumorum impetu, non solum per agros, sed etiam per reliquias fortunas aratorum; neque solum per bona, sed etiam per jura libertatis, & civitatis, ita prætor pervalet. videtur penderit alios ex a labore: pulsati autem alios, & verberati, porto alios in publico custodiendi; destituti alios in convivio: condemnari alios a medico, & præcone prætoris: bona tamen interea nihilominus corum omnium ex agri asseri, ac diripi. Quid est hoc? populi Rom. imperium? populi Rom. leges? judicia? socii fideles? provincia suburbana? nonne omnia potius ejusmodi sunt, quæ, si Athenio viciisset, in Sicilia non fecisset? non, inquam, judices, est ei ullam partem istius nequitia fugitorum insolenta consecuta. Privatis hoc modo: quid est publice ciuitates quemodinum tractate sunt? audiatis permulta indicia, & testimonium civitatum, & reliquias
 6. audiatis. Ac primum de Agyrinensi populo, fidelis, & illustri, breviter cognoscite. Agyrinensis est in primis honesta civitas Sicilia, hominum ante hunc prætorem locupletum, summorumq; aratorum. ejus agri decumas cum emisit idem Apronius, Agyrius venit: Qui cum eo cum apparitoribus, id est, cum ministris, ad vienisset, pollicere pecuniam grandem coepit; ut, accepto lucro, discederet. nolle se negotii quidquam habent dicebat, sed accepta pecunia, quam primâ aliam civitatem occurrere. Sunt omnes Siculi non contemnendi, si per nos magistratus licet: sed homines & satis fortes, & satis planè tragi, ac sobri, & in
 6. primis hæc civitas, de qua loquor, judices. Itaque homini in primis improbissimo respondent Agyrinenses, sese decumas ei, quemadmodum debent, daturos: lucrum, cum ille magno præsternit emisit, non addituros. Apronius certiorum facit istum, cuja res etat, quid rei est. Statim, tanquam conjurato aliqua Agyri contra tempore publicum facta, aut legatus prætoris pulsat esse, ita Agyrius magistratus, & quinque primi, acciuti istius evocantur. Veniunt Syracusas: præfato est Apronius, sit, eos ipsos, qui venient, contra edictum prætoris fecisse. Quærebant, quid respondebat, se ad recuperatores esse dicturum. Iste, & quisquis homo, formidinem illam suam miseris Agyrinibus injiciebat: recuperatores se de cohorte sua daturum minabatur. Agyrinenses, viri fortissimi, judicium se perfidios esse dicebant. Ingerebat iste & Artemidorum Cornelium medicum, Valerium præconem, Tlepolemum piatorum, & ejusmodi recuperatores: quorum civis Romanus nemo erat: sed Graeci sacrilegi, jampridem improbi, repente Cornelii videbant Agyrinenses, quidquid ad eos recuperatores Apronius attulisset: illum per facile probabantur.

^{1.} Et vari. ^{2.} Malum est invocari, certe sic Pall. sed sine particula is. Non Romanus ait alias legatos, id est invocari, idque receperit P. Manutius: necio quād bene.

^{3.} Inter eiusdem. ^{4.} Galilmius edidit volebat recuperare.

^{5.} Quiscum est cum apparitoribus, id est cum ministris, & vienisset. ^{6.} Pall. add. vett. Quis cum apparitoribus es, cum ministris, &c.

^{7.} Artemidorum Cornelium medicum, &c. ^{8.} Sunt à Fabriciano, nam publicata pericolo lectio: Artemidorum medium Cornelium, pictum Tlepolemum, omnis, & ceteris.

^{9.} Pallidissime accidere. ^{10.} Annos Galilmius non opus est scalpel-

tum, condemnari cum istius invidia, infamiaque malebant, quād ad ejus conditiones, & pactionesque accederet. Quærebant, quæ in verba recuperatores daret. Respondebat, SI PARERET ADVERSUS EDICTUM FECI SE: quæ in judicio dicturum esse dicebat. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus, confititi malebant, quād quidquam cum ista sua voluntate decidere. Sunmittebat ite Timarchidem, qui monere eos, si sapienter, ut transigerent. Pernegabant. Quid ergo? In singulis nō s̄ quinquaginta millibus danarii mavalit? Malle dicebant. Tum iste clate omnibus audiens, QUI DAMNATUS ERIT, inquit, VIRGILIS AD NECEM CEDETUR. Hic illi flentes rogat, atque orante cooperunt, ut sibi suas segetes, fructuque omena, aratione, & vacua Apronio tradere licet; ut ipsi sine ignominia, molestiaque discederent. hac lege, judices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortensius, si rōlet, magno Verrem vendidisse. Hoc conditio fuit ita prætor aratorum, ut secum præclarè agi arbitrarentur, si vicos agros Apronio tradere licet: multas enim crucifixas effigies cupiebant. quantum Apronius edidisset debet, tantum ex edicto dandum erat. Etiamne si plus edidisset, quād quantum natum esset? Etiamne. Quomodo? Magistratus ex ipso edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro recuperatore. Quid si minus arator dedisset, quād poposset Apronius? Judicium in aratorem in quadruplum. Ex quo judicium numerum? Ex cohorte prætoris præclara hominum honestissimum. Quid amplius? minus te jugerum pro felum esse dico: recuperatores rejice, quod adversum edictum feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extrellum? Si damnatus eris (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat esse?) virgiste ad necem cadi nescire erit. His legibus, his conditionibus, erit quisquam tam stultus, qui decumas venisse arbitretur? qui arator novem parteis reliqua facta esse existimat? qui non intelligat, istum sibi quæstui prædicti habuisse bona, possessiones, fortunas aratorum? Virgatum metu Agyrinenses, quod imperatum esset, facturos se esse dixerunt. Accipite nunc, quid imperarit: & dissimilate vns, si potestis, vos intelligere, ipsum prætorem, quod tota Sicilia perspexit, remedium decumarum, atque adeo aratorum dominum, ac regem fuisse. Imperat Agyrinibus, ut decumas ipsi publicè accipiant: Apronio lucrum dent. Si magno emerat, quoniam tuis, qui diligissimi preustum exquisisti: qui, ut aīs, magno vendidisti: quare putabas emtori lucrum adiportere? Esto ut putabas. quamobrem impetabas, ut adderent? Quid est aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est, ut, atque impeto ageris inveni lucrum dare alteri, hoc est, pecuniam dare? Age, ⁷² quid tum? si Apronio, delicias prætoris, lucelli aliquid iussi sunt dare, putare Apronio datum, si Apronianum lucellum, ac non præatoria præda vobis videbitur. Imperas, ut decumas accipiant: Apronio dent lucrum, ut triduum mediunum XXXIII milia. Quid est hoc? una civitas ex uno agro, & plebe Romana proprie menstrua cibaria prætoris impatio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidisti, cum tantum lucri decumano sit datu? profecto, si prenum exquisiles diligenter, tum, cum venieras, x. 9 mediunum potius addidissent, quam nō s̄ 10 postea. Magna præda videtur?

^{10.} Lambini, qui consigit, descendere.

^{11.} Et id videtur. Est à Pall. & vñ. venustissimus, scutuli posterioris, & andrea quibus plurimi ex ea plati Nauum.

^{12.} Tertii mediunum XXXIII. Et à Nauum, nam prius cusi.

^{13.} XXXIV. hoc dicendum consulatu nec Horatius.

^{14.} Pleb. Rom. multorum itaria. Vide C. Optacianum lib. de Frumentatione, recentior parte, facta nesciunt pista.

^{15.} Mediunum potius. In vñ Verinus. V.X receperimus & numeris mediunum medium unumque ab Horatiana nobis representatis.

73 Detur: audite reliqua, & diligenter attendite, quo minus minorem, Siculos, re necessariis auxilium a patrois, consulis, a senatu, a legibus, a iudicis petivisse. Ut probaret Apronius hoc triticum, imperat Agyrienibus Verres, ut in medimna singula dentur Apionio n.s. iii. Quid est hoc? tanto numero frumenti, lucri nomine, imperato, & expresso, nummi præterea exigentur, ut probeatur frumentum? an poterat non modo Apronius, sed quisvis, exercitu si metiendum esset, improbare Siculum frumentum, quod isti ex area, si vellent, admittere liebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur, non est satis. nummi præterea imperantur. dantur, parum est, pro decumis hordei alia pecunia cogitur. jubes n.s. xxx. lucri dari. Ita ab una civitate, vi, minu, imperio, injuriaque prætoris epripiunt tritici mediumnum xxxiiii. & præterea n.s. lx. an hæc obscura sunt? aut, si omnes homines velint, obscura esse possunt? quæ tu palam egisti? in conventu imperati? omnibus inspectantibus coegisti? qua dere Agyrinenses magistratus, & quinque primi, & quos tu tuique questus causa evocasti, acta & imperia tua domum ad senatum suum renuntiaverunt: quorum renuntiatio, legibus illorum, litteris publicis mandata est: quorum legati, homines nobilissimi, Romæ sunt, qui hoc idem pro testimonio dixerunt? Cognoscite Agyrinensium publicas litteras: deinde testimonium publicum civitatis. Recita litteras publicas LITTERÆ PVBLICÆ. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animadvertis in hoc testimonio, judices, Apollodorum, cui Pyragro cognomen est, principem sue civitatis, lacrymantem testari, ac dicere, numquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinensis contra quemquam infimum civem Rom. dixisse, aut facisse quipparum: qui nunc contra prætem populi R. magnis injuriis, & magno dolore publice testimonium dicere cogerentur. Uni mehercule, huic civitati, Verres, obſtare tua defensione non potes: tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate, & tantus dolor in injuryia, tanta religio in testimonio. Veriam non una te tantum, sed universa similibus afflictæ incommodes, legationibus ac testimonitis publicis persequentur. 75 Etenim deinceps videamus, Herbitensis civitas, honesta, & ante copiosa, quemadmodum spoliata ab isto, ac vexata sit. At quorum hominum? summorum aratorum, remissorum è foro, iudicis, controveriis: quibus parcere, & consulete, homo impurissime, & quod genus hominum studioſissime conservare debuisti. Primo anno venierunt ejus agri decuma tritici mediumnum xviii. Atdius, istius item minister in decumis, cum emiserit, & præfecti nomine cum venisset Herbitam cum Veneris, loculque ei publice, quod deverteretur, datus esset: coguntur Herbitenses ei lucri dare tritici mediumnum xxxvii. milia, cum decuma venissent tritici mediumnum xvi. Atque hoc tantum triticum lucri coguntur dare publice, cum jam privatim aratores ex agris spoliati, atque exagitati, decumanorum 76 in injuryis profugissent. Anno secundo cum emiserit Apronius decumas tritici mediumnum xxv. millibus, & ipse Herbitam cum illa prædonum copia, manuque venienti: populus publice coactus est ei conferre lucri tritici mediumnum xxvi. & accessionem n.s. cxx. cxx. De accessione dubito, an Apronio ipsi data sit, merces operæ, presumque impudentia. De tritici quidem numero tanto, quis potest dubitare, quin ad istum prædonum frumentarium, si cut Agyrinente frumentum, pervenerit? Anno vero tertio in hoc agro consuetudine usus est regia. Solere ajunt bar-

77 baros reges Persarum, ac Syrorum, plures uxores habere: his autem uxoris civitates attribuere, hoc modo: Hæc civitas mulieri redimiculum praebat, hac in collum, hac in crineis, ita populos habens universos non solum confitos libidinibus sua, veram etiam administratos. Eandem istius, qui se regem Siculorum esse ducebat, licentiam libidinemque fuisse cognoscere. Aeschronis Syracusani uxor est Pippa: cuius nomen istius negotia tota Sicilia perlulgatum est, de qua muliere vestis plutimi supra tribunal, & supra prætoris caput scribebantur. Hic Aeschrio, Pippa vir adumbratus, in Herbitensisibus decumis novus instituit publicanus. Herbitenses cum viderent, si ad Aeschronem pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissime mulieris spoliatum iri: liciti sunt usque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. supra adiecit Aeschrio, neque enim metuebat, ne, prætore Verre, decumana mulier damno affici posset. Addicxit mediumnum xxxv. millibus dimidio seu pluris, quam superiore anno. Aratores funditus exvertebantur: & eo magis, quod jam superioribus annis exhausti erant, ac pœnè perditæ. Intellexit iste ita magno ventisse, ut amplius ab Herbitensisibus exprimit non posset. demis de capite mediumnum cxx. cxx. cxx. cxc. jubet in tabulas pro mediumnum xxxi. referri xxxi. & cccc. Hodie decumas 78 ejusdem agri Docimus emerat. Hic est Docimus, qui ad istum deduxerat Tertiam, Ildori mimi filiam, vi abductam ab Rhodio tibicine. Hujus Tertia plus etiam, quam Pippa, plus quam ceterarum, ac propè dicam, tantum apud istum in Siciliens prætura auctoritas valuit, quantum in urbana Chelidonis. Veniunt Herbitam duo prætoris amuli, non moletti, & mulierularum teterimiarum improbissimi cognitores, incipiunt postulare, poscere, minari, non poterant tamen, cum cuperent, Apronium imitari. Sicili Siculus non tam pertimescebat. Cum omni ratione tamen illi calumniantur: promittunt Herbitenses vadimonium Syracusas. Eò postea quæcum ventum est, coguntur Aeschroni, id est, Pippa, dare tantum, quantum erat de capite dentum, tritici mediumnum cxx. cxx. cxx. ix. Mulierculæ publicanæ noluit ex decumis nimium lucri dare, ne forte ab nocturno suo quæstuo animum ad vigilias redimenda transferret. Transactum putabant Herbitenses, cum i te. Quid de hordeo, inquit, & Docimo, amiculæ meo? quid cogitatis? At hoc agebant in cubiculo, judices, atque in lectulo tuo. Negabant illi sibi quidquam esse mandatum. Non audio: numerate n.s. xv. Quid facerent mulieri? aut quid recuarent? præfertim cum in lectulo decumana mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad perverandum intelligebant? Ita civitas una sciorum, atque amicorum, duabus teterimis mulierculis, Verre prætore, vetriciglis fuit. Atq; ego nunc, eum frumenti numerum, & eas publice pecunias decumanis ab Herbitensisibus datas esse dico: quo illi frumento, & quibus pecuniis tamen a decumanoru in iuriis civeis suis non redemunt. perdis enim, & direptis aratorum bonis, hæc decumanis merita debatur, ut aliquando ex eorum agris atque ex turbibus abirent. Itaq; cum Philinus Herbitensis, homo di serus, & prudens, & domi nobilis, de calamitate aratorum, & de fuga, & de reliquorum paucitate publice diceret: animadvertis, judices, geminam populi Rom. cuius frequentia huic causæ numquam defuit: quo de paucitate aratoru alio loco dicam. Nunc illud, quod pœnè præterii, non omnino relinquendum videtur, nam, per deos immortales, quod de capite ipso deinfis: & quo tandem modo vobis non modò ferendum, verum etiam audiendum videatur?

1. Quæ tu tuique? Est à Nanniana, vulgata enim, quæ sui, tantum. 2. Tantus dolor in iuria. Ita ejusdem membranae publicati antea, sententia dolor iuria. 3. Mulierularum teterimiarum. Haud aliter Pal. & Nannianus. Vul-

gata, teterimiarum.
4. Quæ tamen modo ribis, non rati, ferendum, verum etiam audiendum videtur? Ita Lambinus, sed ex libro Nannii, prius casu, rati, ferendum, verum etiam audiendum videtur.

81. videtur? Unus adhuc fuit post Romanam conditam. (dii immortales faxint, ne sit alter) cui resp. i totam se tradet temporibus coacta, & maius domesticis, L. Sulla: hic tantum potuit, ut nemo, illo invito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in concione non dubitaret, bona civium Romanorum cum venderet, se pрадam suam vende. Ejus omneis res gestas non solum obinemus; verum etiam & propter majorum incommodorum, & calamitatum meum, publica auctoritate defendimus. Unum hoc illius, senatus consulto reprehensum, decretumque est, ut, quibus ille de capite demissis, hi pecunias in ararium referrent. Statuit senatus, hoc ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, & a populo factarum, quas statimque regnum summas imminuere. Illum viris fortissimis judicavit patres conscripti remittere de summa non potuisse: te mulier teterima recte remisisse senatores judicabant? ille, de quo lego populus Rom. iussicerat, ut ipsius voluntas populo Romano esset pro lege, tamen in hoc uno genere, veterum religione legum, reprehenditur tu, qui omnibus legibus implicatus tenet, libidine tibi tuam pro lege esse voluisti? in illo reprehenditur, quod ex ea pecunia remiserit, quam ipse quiescerat: tibi concedetur, qui de capite vestigialium populi Rom. remisisti? Atque in hoc genere audacia multo etiam impudentius in decumis Segestensium versatus est: quas cum addixisset eidem illi Docimo, * hoc est tritici modium quinque millibus, & accessionem adscriptis est. M. D. cogit Segetenses a Docimo tantidem publice accipere. id quod ex Segestensium publico testimonio cognoscite. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PUBLICVM. Auditis, quanti decumas accepit a Docimo civitas, tritici modium quinque millibus, & accessionem. Cognoscite nunc, quanti se vendidisse retulerit. LEX DECVMIS VEN. DVN DIS C. VERRE PR. Hoc nomine videtis tritici modium ccc. ccc. ccc. de capite esse demta, quae cum de populi R. viii, de vestigialium nevis, de sanguine destraxisset xeratii, Tertia minima condonavit. Utrum impudentius a sociis abstulit? an tuipius meretrici dedit? an improbus populo R. admetit? an audacius tabulas publicas commutavit? Ex horum severitate te ulla vis, aut ulla largitio eripiet? sed si eripueris, non intelligis, hac, quæ jamdudum loquor, ad aliam questionem, atque ad peccatum judicum pertinere? Itaque hoc mihi referabo genus integrum totum: ad illam, quæ institui, causam frumenti, ac decumatum revertar. Qui cum agros maximos, ac feracissimos, per seipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularet: ad minores civitates habebat alios, quos, tangam canes, immitteret, nequam homines, & improbos: quibus aut frumentum, aut pecuniam publice cogebat dari. A. Valentius est in Sicilia, interpres: quo iste interpres non ad linguam Graciam, homo levis, atque flagitia uti solebat. Fis interpres hic, homo levis, atque regens, repente decumanus emit agri Liparensis, miseri, atque jejuni, decumas tritici medimnis 10c. Liparenses vocantur. ipsi accipere decumas, & numerare Valentio coguntur lucri. n.s. xxx. millia. Per deos immortalis, utrum tibi sumes ad defensionem? tantone minoris te decumas vendidisse, ut ad medimna 10c. xxx. millia lucri, statim sua voluntate civitas adderet, hoc est, tritici medimnum 11. millia? an, cum magno decumas vendidisses, te expessisse ab invito Liparensibus hanc pecuniam. Sed quid ego ex te quo, quid defensurus sis potius, quam cognoscam ex ipsa civitate, quid gestum sit? Recita testi-

monium publicum Liparensium, deinde quemadmodum Valchto nummi sint dati. TESTIMONIVM PUBLICVM. QVOMODO SOLVTVM SIT, EX LITTE RIS PUBLICIS. Etiamne hæc tam parva civitas, tam procul à manibus tuis, atque à conspicio remota, sejuncta à Sicilia, & in insula inculta tenuique posita, cumulata aliis tuis majoribus injuriis, in hoc quoque frumentatio gene re, præda tibi, & quæstui fuit? quam tu totam iniuriam cuidam tuorum fidalium, sicut aliquod munificum, condonatas: ab hac etiam hæc frumentaria luca, tanquam à mediterraneis exigeabant? Itaque qui tot annis agellos suos ante te prætorem redimere à piratis solebant, idem seipso à pretio imposto redemeunt. Quid ergo? à Tif-⁸² siensisibus parpera, & tenui civitate, sed aratoribus labi riosissimis, frugalissimisque hominibus, nonne plus, luci nomine, eripitur, quam quantum frumenti omnino exarant, ad quos tu decumanum & Diognotum Venerium militi, novum genus publicani, cur hoc auctore non Roma quoque servi publici ad vestigalia accedant? Anno secundo Tiffensiens n.s. xxi. luci dare coguntur inviti, tertio anno ccc. ccc. ccc. medium tritici, luci Diognoto Venerio dare coacti sunt. Hic Diognotus, qui ex publicis vestigialibus tanta luca facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. Vos etiam nunc dubitate, si potestis, utrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi accepit, an huic exegerit, atque hoc ex publico Tiffensiens testimonio cognoscite. TESTIMONIVM PUBLICVM TISSIENSIVM. Obscurè, judices, prætor ipse decumanus est, cum ejus apparitoris frumentum à civitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto plus ipsi luci auferant, quam quantum populo Romano decumatum nomine daturi sunt? Hoc æquitas in tuo imperio fuit, haec prætoris dignitas, ut servos Venerios Siculariorum dominos esse velles. hic delectus, hoc discrimen, te prætore, fuit, ut aratores in servorum numeri esent, servi in publicanorum. Quid? Amestratini miseri, impositis ita magnis decumis, ut ipsi reliqui nihil fieri, nonne iam numerare pecunias coacti sunt? Addicuntur decumz M. Casio, cum ad essent legati Amestratini, statim cogit Heraclius legatus numerare n.s. xxii. Quid hoc est? quæ est ista præda? quæ vis? quæ dyreptio sociorum? Si erat Heraclio ab senatu mandatum, ut emiserit: emisit, si non erat: qui poterat sua sponte pecuniam numerare? Casio renuntiat se dedisse. Cognoscite renuntiationem⁸³ ex litteris: Recita ex litteris publicis. LITTERAE PUBLICAE. Quo S. C. erat hoc legato permisum? nullo, cur fecit? coactus est, quis hoc dicit? tota civitas. Recita testimonium publicum. TESTIMONIVM PUBLICVM. Ab hac eadem civitate anno secundo, simili ratione extortam esse pecuniam, & Sex. Venonio datam, ex eodem testimonio cognovitis. At Amestratinos, homines tenueris: cum eorum decumas medimnus ccc. ven diidis Banobali Venerio (cognoscite nomina publicanorum) cogit eos plus luci addere, quam quanti venerantur, cum magno venienti, dant Banobali in eundem n.s. MD. Protecto numquam iste tam amens suis, ut ex agro populi Romani plus sumunt servo Venerio, quam populo Romano tribui patetur, nisi omnis ea præda, servi nomine, ad istum ipsum pervenirent. Perrini, cum eorum decu m magno addicta essent, tamen invitus P. Navio Turpioni, improbissimo homini, qui injuriarum, Sacerdotie prætore damnatus est. n.s. xxxvii. & id dare coacti sunt. Itane dissolute decumas vendidisti, ut, cum modium xv. millibus venissem, medimnum ccc. ccc. hoc est, n.s. xxxv.

1. Tamen se tradidit. Alix edd. tradidit, sed nostrum est in manubris Nannii.

2. Propter majorum incommodorum. Probavimus Lambini conjecturam, vulgo malitiam, corrupti.

3. Ad popule fallarum quæstatu quoque, &c. Hotamanus & Lambinus hec se præbent fatigatos; non accessarios. Res fallarum partis sunt,

neque enim ignorata formula, rem facere, rem faciem habere.

4. In insula insula. Fabricianus codex in scena, sub quo verbo latet aliquid agnimenti oribus forsan evanidum.

5. Diognotum. Piegebant istud Hosomano, neque alter Pal. sec. vulgata, Diagnotum.

¶ s. xxxv. lucri decumano datentur? At permagno decumas ejus agri vendidisti. Videlicet gloratur, non Turpioni lucrum datum, sed Petriis pecuniam eretam. Quid?

Halicienses, quorum in colâ decumas dant, ipsi agros immuneis habent; nonne huic eidem Turpioni, cum decuma ^{c.} med. venissent, n-s xvi. c. dare coacti sunt? Si id, quod maximè vis, posses probare, hac ad decumanos lucra venisse, nihil te attigisse: tamen hæ pecunia, PER VIM, ATQUE INJURIAM TUAM CAPTA, & conciliata, tibi fraudi, & damnationi esse deberent. cum vero hoc nemini persuaderet possis, te tam amentem fuisse, ut Aproxium, ac Turpionem, servos homines, suo, liberorumque tuo periculo divites fieri velles: dubitaturum quemquam existimat, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quaestia sit? Segestan item ad inimicuum civitatem Venerius Symmachus decumani immittitur. Is ab isto litteras afferit, ut sibi contra S. C. i contra omnia jura, contraque legem Rupiliam, extra forum vadimonium promittant aratores. Audite litteras, quas ad Segestanos miserit. LITTERÆ CVERRIS. Hic Venerius quemadmodum aratores ei gerit, ex una pactione hominis honesti, gratiosiq; cognoscit, in eodem enim generis sunt ceteri.

93-12. Diocles est Panormitanus, Phineus cognomine, homo illustris ac nobilis arator. Is agrum in Segestano nam commercium in eo agro Panormitanis est? conductum habebat n-s sex millibus, pro decuma cum pulsatis à Venerio esset, 2 decidit n-s xvi millibus, & 130. i. id ex tabulis ipsius cognoscit. NOMEN DIOCLES PANORMITANUS. Huic eidem Symmacho, Annejus Broccus, senator, homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimat, numeros præter frumentum coactus est dare. Venerione seruo, te prætore, talis vir, senator populi Romani, quæstui fuit? Hunc ordinem si dignitate antecellere non existimat, ne hoc quidem sciebas. JUDICARE? Antea cum eques stet ordo judicaret, improbi, & rapaces magistratus in provinciis inserviebant publicanis: ornabant eos, quicunque in operis erant: quemcumque equitem Romanum in provincia viderant beneficis, ac liberalitate prosequerantur: neq; tantum illa res nocens proderat, quantum obfuit multis, cum aliquid contra utilitatem ejus ordinis, voluntatemq; fecissent. Retinebat hoc tum nescio quomodo quasi communis consilio ab illis diligenter, ut, qui unum equitem Rom. contumeliam dignum putasset, ab universo ordine malo dignus judicaretur. Tu sic ordinem senatorium despedisti: sic ad injurias, libidineq; tuas omnia coquasti: sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum, omneis, 3 qui habitarent in Sicilia, aut, qui Siciliam te prætore attingerent, judices rejicere, ut illud non cogitares, tamen ad ejusdem ordinis hominestis judices esse venturum? in quibus, si ex ipsis domestico incommode nullus dolor insideret: tamen esset illa cogitatio, in alterius injuria se defendere, dignitatemq; ordinis contemnam, & abjectam, quod mehercule, judices, mihi non mediocriter ferendum videatur. HABET ENIM quendam aculeum contumelia, 4 quem pati pudentes, at viri boni difficillime possunt.

96 Spolia isti Siculos. solent enim inulti esse injuriis suis provinciales, vexasti n-gottatores, inviti enim Romam, 5 raro que decedunt. Equites Romanos ad Apronii injurias dedisti, quid enim jam nocere possunt, quibus non licet judicare? Quid, cum senatores summis injuriis affici? quid aliud dicis, nisi hoc? cedo mihi etiam istum senatorem: ut hoc amplissimum nomen senatorum non modo ad invidiam im-

peritorum, sed etiam ad contumeliam improborum natum esse videatur. Neque hoc in uno fecit Annejo, sed in omnibus 97 senatoribus: ut ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Cassio, viro clastifimo & fortissimo, cum is eo ipso tempore, primo istius anno Cos. esset, tanta improbitate usus est, ut, cum ejus uxor, femina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentum omne in decumas auseire jussit.

Hunc tu in hac causa testem, Verres, habebis: quoniam, judicem ne haberes, providisti. Vos autem, judices, puta-98 debitis, esse quiddam nobis inter nos commune atq; coniunctum: multa sunt imposita huic ordinis munera, multi labores, multa pericula, non solum legum, ac judiciorum, sed etiam rumorum, ac temporum. Sic est hic ordo quasi propositus, atque editus in alium, ut ab omnibus ventu invadis circumflari posse videatur. IN HAC 6 tam misera, & iniqua condizione vita, ne hoc quidem retinebimus, judices, ut magistratibus nostris in obtinendo jure nostro ne contempsim, ac despiciemus esse videamus? Thermita-99 ni miserunt, qui decumas emerent. Magni suu putabant interest, publice potius quamvis, magno emi, quam in aliquem istius emissarium incidere. Appositus erat Venulejus quidam, qui emeret. Is liceri non defitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contendunt: postrem liceri desisterunt. addicitur Venulejo tritici mod. vii. millibus. Legatus Possidorus renuntiat. Cum omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venulejo dantur, ne accedat, tritici mod. vi. præterea n-s. c. 130. millia, ex quo facile appetat, quæ merces decumani, quæ prætoris præda esse videatur. Cedo Thermitanorum mihi litteras, & testimonium. TABVLÆ THERMITANO-RVM, ET TESTIMONIVM. Acharenseis jam omni-

frumento ablato, jam omnibus injuriis tuis exinanitos, 7. tributum facere, miseros ac perditos, coegisti, ut Aproxio darent H-s. xx. millia. Recita decretum de tribus, & publicum testimonium. S.C. DE TRIBVTO CONFERENDO. TESTIMONIVM ACHARENIVM. Ennenseis, cum decumæ venissent agri Ennenis medium modum c. 130. c. 130. c. 130. Apronio coacti sunt dare tritici modum LXXII. millia, & n-s. III. millia. Quaso, attende, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano. nam per omnes civitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc, judices, verlor, in quo non s. Calatinis aratores everisi bonis omnibus sunt, sed publice decumani lucra data sunt, ut aliquando ex eorum agris, atque uribus, expleti, atque saturi cum hoc cumulo quæstus decederent. Calatinis quamobrem imperasti anno tertio, ut decimas agri sui quas Calata dare consueverant, Amestri M. Cæsio decumano darent, quod neq; ante te prætorem illi fecerant. neq; tu ipse hoc ita statueras antea per biennium? Theomaftus Syaculanus in agrum Murenem curabat immisus est? qui aratores ita vexavit, ut illi in alteras decumas, id quod in aliis quoq; civitatibus ostendam, triticum emere necessari, propter inopiam, cogerentur. Jam vero ex 100 Hyblensium pactionibus intelligitis, quæ pastæ sint cum decumano Cn. Sergio, sexies tantum, quād quantum satum sit, ablatum est ab aratoribus. Recita sationes, & pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIOMES HYBLENSIVM CVM VENERIO SERVO EX LITERIS PVBLICIS. Cognoscite item professiones lati-101 num, & pactiones Meneniorum cum Venerio servo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES SATIO-

1. Centra sonia iura.) Gulielmus inclinat legere, centra communia iura, neque enim fieri posse, ut uno delicto omnia iura violentur.

2. Decidit H-S. sexdecim millibus.) Indignus illud, quam vulgatum, dedit H-S. sexdecim millia. Ictas esse à Nannianis.

3. Qui habitarent in Sicilia.) Lambinus habet in fide codicis Nann. nec dilpicet.

4. Quem pati pudentes.) Ita Pal. sec. & Nann. edici ferè prudentiae, minus prudent, improbavique eriam Horomanus.

5. Rarissime decidunt.) Pal. lec. defendant, alii maluere discent.

6. Tam misera & iniqua.) Est ab eodem Nannii, honestius illo vulgato induta.

7. Triticum facere miseris, &c.) Habent istud Pall. & Nann. haec-102 nus vulgatum, ferre, minus invidiosum est.

NVM, ET PACTI ONES MENENIORVM CVM
VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS
Patiemini, judices, à sociis, ab aratoribus populi Romani,
ab iis, qui vobis laborant, vobis servunt, qui ita plebem
Romanam ab se se ali volunt, ut sibi ac liberis suis tantum fu-
pergit, quo ipse alii possunt: ab his, per summam injuriam, per
acerbissimas contumelias, plus aliquanto abletum esse,
quād natum sit? Sentio, judices, moderandum mihi esse
jam orationi mea, fugiendamque vestram satietatem, non
veriabor in uno genere diutius, & ita cetera de oratione
mea tollam, ut tamen in causa relinquam. Auditio Agri-
gentinorum, fortissimorum virorum, diligentissimorum
que querimonias: cognoscetis, judices, Entellinorum
summi laboris, summae industrie, dolorem, & injuri-
as: i Heracienium, Gelenium, Solentinorum incom-
moda proferunt: Catinenium, locupletissimorum ho-
minum, amicissimorumque agros vexatos ab Apronio co-
gnoscetis: Tyndaritanam, nobilissimam civitatem, Ceph-
aleditanam, Halenianam, Apolloniensem, Eggynam, Capit-
tinam, perditas esse, & iniquitate decumarum intelligitis:
Murgentinus, Afferinus, Elerinus, Ennensibus, Letinis, ni-
hil omnino relictum: Citarinos, Achernos, parvarum ci-
vitatum homines, omnino abjectos esse, ac perditos:
omnes denique agros decumanos per triennium populo
Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo ve-
xigaleis fuisse: & plerisque aratoribus nihil omnison super-
fuisse: 2 si cui quid aut remissum, aut relictum sit, id fuisse
tantum, quantum ex eo, quo istius avaritia contenta sunt,
redundarit. Duarum mihi civitatum reliquias feci agros,
judices, ferè optimos, ac nobilissimos, Attensem, & Le-
ontinum. Horum agrorum ego missis faciam quæstus
triennii: unum annum eligam, quo facilias id, quod in-
stitui, explicare possum. Sumam annum tertium, quod &
recentissimum est, & ab isto ita administratus, ut, cum se-
certe decessum videatur, non laboraret, si aratorem nullum
in Sicilia omnino esset relicturus. Agri Attensem, & Le-
ontini decumas agemus. Attende, judices, diligenter.
agri sunt seraces: annus tertius: decumanus Apronius,
de Attenisbus perpaucam dicam dixerunt enim ipsi
priore actione publicè memoria tenetis, Attendorum
Attensem legationis ejus principem, publicè dicere, Apronius
enim Attam cum Veneri: vocasse ad se magi-
stratum: imperasse, ut in foro sibi medio lecti fieremerentur:
quotidie solitum esse non modo in publico, sed etiam
de publicis convivari: cum in eis conviviis symphonia ean-
teret, maximisque pocius ministraretur, a retinere solitum
esse aratores, atque ab iis non modo per injuriam, sed
etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti, quantum
Apronius imperasset. Auditio hæc, judices, qua nunc ego
omnia prætero, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronii
loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia, ac
turpitudine: tantum de quæstu, ac lucro dicam unus agri,
& unus anni, quo facilis vos conjecturam de triennio, &
de tota Sicilia facere possitis. Sed mihi Attensem brevis
est oratio, ipsi enim venerunt: ipsi publicas luuras depor-
tarunt, docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non ma-
lus, familiaris pretoris, Apronius. id, quo ex ipsorum
testimoniis cognoscite. Recite testimonium Attensem.
TESTIMONIVM ATTENSIVM. Quid ait? dicit, dic,
quæsto, clarius, ut populus Rom. de suis vecchialibus, de
suis aratoribus de suis sociis, atque amicis audiat. **L. ME-**
DIMNV M. L. n. 2. MILLIA. Per deos immorta-
les, unus ager uno anno ccc. millia mod. tritici? & pia-

terea n. s. l. millia, luci dat Apronio? tantone minoris
decuma venientur, quād fuerunt: an, cū satis magno
venissent, his tantus tamen frumenti, pecuniaeque num-
erus ab aratoribus per vim oblatus est? utrum enim horum
dixeris, in eo culpa & crimen habebit. Nam illud quidem?
non dices, quod utinam dicas, ad Apronium non perse-
nisse tantum, ita te non modo publicis tenebo, sed etiam
privatis aratorum passionibus, ac litteris; ut intellegas,
non te diligenter in faciendo futris fuisse, quam ne
in reprehendendis. Hoc tu feres? hoc quicquam defen-
det? hoc li, si alter de te statuere voluerint, sustinebunt?
Ubo advertem, ex uno agro. Qu. Apronium, prater eam,
quād dixi, pecuniam numeratam, ccc. millia mod. tri-
tici, neri nomine sustulisse? Quid? hoc Attensem folia-
dicunt? immo etiam Centuripini, qui agri Attensis mol-
to maximam partem possident: quorum legatis, homi-
nibus nobilissimis, Androni, & Arthemoni, senatus ca-
mandata dedit, quæ publicè ad civitatem ipsorum peni-
neant, de iis, iuriis, quas cives Centuripini non in suis,
sed & in aliis finibus accepentes, senatus & populus
Centuripinus legatos noluit mittere: ipsi aratores Centu-
ripini, quæ numerus est in Sicilia maximum hominum ho-
nestissimum, & locupletissimum, tres legatos, cive-
suos, delegentur: ut eorum testimonio non unius agri,
sed propter totius Sicilia calamitates cognosceretur, arant
enim tota Sicilia ferè Centuripini, & hoc in te gravioribus,
certiorisque testes sunt, quod cetera civitates suis foliis
incommodis connoventur: Centuripini, quod in omnium
finibus habent possessiones, etiam ceterarum evitamus
damna, ac detrimenta ferentur. Verum, ut dixi, ratio-
certa est Attensem, & publicis, & privatis litteris con-
signata, mæca diligenter persim magis in Leontino agro est
exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini pu-
blice non fane me multum adjuverunt, neq; enim eos illo
pratore ha decumanorum injuria & serum: potius etiam
judices, adjuverunt. Mirum fortasse hoc vobis, aut ince-
dibile videatur, in tantis aratorum incommodis, Leontini
qui principes rei suum furentur, expertis incom-
modorum, atque injuriarum fuisse, hoc causa est, judices,
quod in agro Leontino, prater unam Mansistrati familiam,
glam Leontinorum possideret nemo. Itaque Mansistrati,
hominis honestissimi, atque optimi vii testimoniis,
judices, audietis. ceteros Leontinos, quibus non mo-
do Apronius in agri, sed ne tempes tis quidem alla nocere
potuit, expectare nolite. enim non modò incommodi
nihil ceperunt: sed etiam in Apronianis illis rapinis in
quæstu sunt, compendioque versati. Quapropter quoniam n.
me Leontina civitas, atque Legatio, propter eam, quam
dixi, causam, defecit: nihilmet incunda ratio, & via re-
perienda est, qua ad Apronium quæstum, five ad eō, qua ad
istius ingentem, immanemque prædam possim pervenire.
Agri Leontini decumæ anno tertio venterunt trit. i me-
diunum xxxvi, hoc est, tritici mod. ccc vi. magno, judi-
ces, magno, neque enim hoc possim negare, itaque necesse
est aut damnum, aut certe non mangnū lucrū fecisse de-
cumananum. hoc enim soli nū venire iis, qui magno rede-
uerunt. Quid, si ostendo, in hac una emione, luci fieri
tritici modium c? quid, & cc? quid, si ccc? quid, si ccc.
millia? dubitatis etiā, cui ista tanta præda quæsta sit? Iu-
quum me esse quispiam dicet, qui ex lucri magnitudine
conjecturam faciam furti, ainq; prædz. Quid, si doceo, ju-
dices, eos, qui, ccc. millia modium luci faciunt, da-
mnus

1. Heracienium, Gelenium, Solentinum. Adhuc heic Lambino.
Vulgaris, Herac. Insulense, Attensem, Solentinum. Ac Attensem
antea fane meminit Tullius. Insulenseque parum noti sunt; corum
quæpco. habent Palat. & Cidrenum, vide Plinii lib. iii. cap. 8.

2. si cui quid aut remissa. Haud aliter Nann. nam Pal. cui quid sum
datur, editi, quibus quid non aut rem.

3. Reservare solitum est aratores.) Lambini editio, reservari solitum est. si
ab Fabric. laudem, sed tamē ferè suspicor, solitum est. quamvis ab
nihil desideres names.

4. In annis ferè finibus.) Ut antea in aliis finibus: scilicet Nam-
m. nam velgo, in annis; quod nec Motoviano latius faciebat.

num facturos fuisse, si tua iniquitas, si tui ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis poterit in tanto lucro, tantaque iniquitate dubitare, quin propter improbitatem tam magnos queritus feceris? propter magnitudinem iniquitatis improbus esse volueris? Quomodo igitur hoc assecurar, judices, ut sciam, quantum lucri factum sit? non ex Apronii tabulis, quas ego cum conquerirem, non inveni: & cum in ius ipsum eduxi, expressi, ut confidere tabulas se negaret. Si meniebat: quomodo removet, si ha tabula nihil tibi erant obfutare? Si omnino 2 nullas conficerat literas: ne id quidem satis significabat, illum non suum negotium gestile, ea etiam enim ratio decumanorum, ut sum plurimi littera confici non possit. singula enim nomina aratorum, & cum singulis pactiones decumanorum, litteris persequi & confidere necesse est. Jugera profisi sunt aratores omnes imperio agri, instrumento tuo: non opinor quemquam minus esse professum, quam quantum a rafeti, cum tot cruce, 3 tot supplicia, tor ex cohorte recuperatores proponerentur. In jugero agri Leontini medium ferè tritici seritur, perpetua, aq; aquab; li satione, ager efficit, cum estato bene ut agatur: verum, ut omnes dī adjuvent, cum decumo, quod si quando accidit, tunc sit, ut tantum decuma sit, quantum severis: hoc est, ut, quot jugera sunt 113 sata, totidem medium decuma debeantur. Hoc cum ita esset: primum illud dico, pluribus milibus medium venisse decumas agri Leontini, quam quod milia jugera sata erant in agro Leontino. Quod si fieri non poterit, ut plus quam decem medium ex jugero ararent: in decimam autem ex jugero decumano dari poterat, cum ager, id quod perraro event, cum decumo extulisset: qua erat ratio deumani, si quidem de cuma, ac non bona venibant aratorum, ut pluribus aliquanto medium decumas emeret, quam jugera erant sata? In Leontino jugerum subscriptio, ac professio, non est plus xxx millium. Decuma xxxvi. medium venierunt. Eravit, an potius insanivit Apronius? immò tum insanisset, si aratoribus, quod deberent, licitum esset: & non, quod Apronius imperasset, necesse fuisset dare. Si offendio, minus tribus medium in jugerum neminem dedisse decumam: concedes, opinor, ut cum decumano fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse. Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, 4 ut in jugero singula termini medium de cedere licet. Nam cum a multis quaterna, etiam quina exigenterent: multis autem non modo granum nullum, sed ne palea quidem ex omni fructu, atque ex anno labore relinquenter: tum aratores Centuripini, qui numeros in agro Leontino maximus est, unum in locum convenirent: hominem suz civitatis in primis honestum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc judicium, legatum & testem Centuripina civitas misit: ut is apud eum causam aratorum ageret, ab eoque peteret, ut ab aratoribus Centuripinis ne amplius in jugera singula, quam terna medium 115 exigere. Hoc vix ab Apronio in summum beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum est: id cum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, ut pro singulis decumis, ternas decumas dare licet. Quod si tua res non ageretur, a te potius postularent, ne amplius, quam singulas, quam ab Apronio, ut ne plus, quam ternas decumas darent. Nunc, ut hoc tempore ea, quae regie, seu potius transire, statuit in aratores Apronius, pratermittam: neque eos appellem, à quibus omne frumentum eripuit, & quibus

nihil non modò de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit: ex his terminis medium, quod beneficium, gratia que causa concessit, quid lucri fiat, cognoscite. Professio est agri Leontini ad jugerum xxx: millia. Haec sunt ad tria ci 116 medium x c, id est, tritici mod. xxt. millia, deducitis tritici mod. cc xvi. millibus, quanti decuma venierunt, 10 aliqua sunt tritici cc xxiv. millia, adde tonis suum 10 xl millium modium treis quinquagesimas, id est, tritici modiu xxixii. millia, cccc ab omnibus enim terminis, praeterea quinq; asim exigeantur. Sunt hac sem ad ccclvi millia, cccc mod. tritici. Atego cccc millia luci facta esse dixeram, non enim duco in hac ratione: eos, quibus terminis medium non est: citam decidere. Verum, ut hac ipsa ratione summa mei promissi compleam, ad singula medium multi s duo, multi n s quinque accessionis cogebantur dare: qui minimum, singula nummum, hoc minimum ut sequatur, quoniam xc medium in millia duximus, accedant eo novo, pessimoque exemplo n-s xc millia. Hic mihi etiam dicere audebit, magno si decumas ven. 117 didisse, cum ex eodem agro, dimidio plus ipse abfulserit, quās populo Rom. miserit? cc xvi. medium milibus decumas agri Leontini vendidisti, siex lege, magno: si, ut lex efficit libido tua, parvo: si, ut, qua dimidiat effient, decumas vocarentur: parvo vendidisti multo enim pluri fructus anni Sieilie venire posuerunt, si id te senatus, aut populus Romanus facere volueret, etenim s̄pē decumus tanti venierunt, cum lege Hieronica venirent, quās nunc lege Verea venierunt. Cedō mihi C. Morbani decumas venditas, C. NORBANI DECU M& VENDIT& AGR& LEONTINI. Atquā tum neque judicium de modo jugerum dabatur, neque enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neq; ab aratore magistratus Siculus tamquam exigebat, quantum decumanus ediderat: nec beneficium potebarū a decumano, ut in jugero singula termini medium decideret licet: nec numerorum accessionem cogebatur arator dare, nec terminas quinquagesimas frumenti addere: & tamen populo Romano magnus frumenti numerus mittebatur. Quid vero ista sibi quinquagesimæ, quid 118 por o numerorum accessiones volunt? quo id jure, atque adeo, quo id potius ore fecisti? numerus dabat arator, quomodo? aut unde? qui, si largissimus esse vellet, cumulatore mensura uteretur, ut antea solebant facere in decumis, cum aqua lege, & conditione venabant, is numerum dabat. Unde de frumento? quasi habuisset, te prætore, quod vendet. De vivo igitur erat aliquid refecandum, ut esset, unde a pronio ad illos fructus arationum hoc corollarium numerorum adderetur. Jam id porrò utrum libentes, an invitati dabant? libentes? amabant, credo, Apronium, inviti? qua re, nisi vi & malo, cogebantur? Jam iste, homo amentissimus, in vendidis decumis numerorum faciebat accessiones ad singulas decumas: neque multum; bina aut terma millia addebat. sicut per triennium n-s fortasse 10 millia. Hoc neque exemplo cuiusquam, neque illo jure fecit: neque eam pecuniam rerulit: neque hoc parvum criminem quemadmodum defensurus sit, homo quisquam dumquam excogitavit. Quod cum ita sit, audes dicere, te magno 119 decumas vendidisse, cum sit perspicuum, te bona, fortunata que aratorum non populi Rom, sed tui quae causa vendidisse? Ut, si quis villicus ex eo fundo, s qui n-s dena merita sit, excis arboribus ac venditis, demis regulis, instrumento, pecore abalienato, domino xx. millia numerum pro x. niferit, sibi alia præterea centum confererit.

2. Si tua iniquitas, si tui ex cohorte recuperat.] Haud aliter Nann. cod. nam vulgata vario mutata pro ingenio correctorum. Vetus, si tua iniquitas sit, ut ex cohorte, &c. sive Victoria. nam Hotom, si tua iniquitas sit, ut ex cohorte &c. & Pall. sive mox mutavi iniquitatem in improbitatem.

2. Nihil conficerat literas.] Fortuitum ne est quod edd. vet. & Pall.

expresserent? nullus.

3. Tis supplicia.] Melius istud longe, quod præferat Nann. m. T. quād vulgarum, sit justitia.

4. Ut in jugera singula.] Pall. pr. sec. uti jugera, &c.

5. Qui H-S dena merita sit, quod & in exemplari Nanniano.

primo dominus, ignarus incommodi sui, gaudeat, villicaque delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo reflectum sit: deinde, cum audierit eas res, quibus fundi fructus, & cultura continetur, a moras, & venditas: summo suppicio villicum afficiat, & secum male actum putet; item populus Rom. cum audit, pluris decumas vendidisse C. Verrem, quam innocentissimum hominem, cui iste succedit. C. Sacerdotem, putat se bonum in arationibus, fructibusque suis habuisse custodem, ac villicum cum senserit, istum omne instrumentum atatorum, omnia subidia villicorum vendidisse, omnem spem posteratis avaritia sua sustinuisse, arationes & agros villicales vastasse, atque ex inanisse: ipsum maximos quæstus, prædasque fecisse: intelligere fecum actum esse pessimum: istum autem summo suppicio dignum existimabit. Unde ergo hoc intelligi potest? ex hoc maxime, quod ager decumanus provincie Sicilia propter istius avaritiam *deservit*. neque id solum accidit, ut minus multis jugis ararent, si qui in agris remanserunt; sed etiam, ut permulti locupletes homines, magni & navi aratores, agros & latos, ac fertiles deserent, totasque arationes derelinquerent. Id adeo sciri facillime potest ex literis publicis civitatum, propterea quod lege Hieronica numerus atatorum quotannis apud magistratus publice subscribitur. Recita tandem, quod accepte-rit aratores agri Leontini Vetus. *OCTOGINTA TREIS.* quot anno tertio profiteantur. *TRIGINTA DVO.* Unum & quiuquaginta aratores ita video dejectos, ut his ne vi- carii quidem succedessint. Quot aratores, adveniente re, fuerunt agri Mutyenisi? videamus ex litteris publicis. *CENTUM OCTOGINTA OCTO.* Quid? anno tertio? *CENTUM ET UNUS.* Octoginta septem aratores unus ager istius *inuria* desiderat: atque adeo nostra relpub. quoniam illa populi Rom. villicalia sunt, hinc tot patrumfamilias numerum & desiderat, & reposcit. Ager Heribitenis primo anno habuit aratores ducentos, quiuquaginta septem, tertio centum viginti, hinc centum triginta septem patrumfamilias extores profugerunt. Agyrinensis ager, quorum hominum! quam locupletum! ducentos quiuquaginta aratores habuit primo anno præ- rura tuta. Quid tertio anno? octoginta, quemadmodum legatos Agyrinensis recitate ex publicis litteris audistis. *Pro di immortales!* si ex provincia tota centum septuaginta ejcciles, possesse, severi *judicibus*, salvis esset. Unus ager Agyrinensis centum septuaginta aratoribus inianior cum sit, vos conjecturam totius provincie non faciens? Atque hoc perquam in omni agro decumano reperiens: quibus aliquid tamen reliqui fuit ex magno patrimo- nio, eos in agris minore instrumento, 3 minus multis jugis remansisse, quod metuebant, si recessissent, ne reliqua fortunis oinnes amitterent; quibus autem iste nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos planè non solum ex agris, verum ex civitatibus suis profugisse. Illi ipsi, qui remanerant, vix decuma pars aratorum, reliqui agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset. Se decumas lego Hieronica venditurum, & nisi ab iis hoc petivis- set, ut ferent quām plurimum: quod illi semper *sui causa* fecerant, cum eos neino rogaret, quadriu intelligebant, se- fibi, & populo Romano, non Verri & Apronio sere, im- pendere, labore. Jam vero, judices, si Siculorum fortuna negligitis: si, quemadmodum socii populi Rom. à magistratis nostris tractentur, non laboratis: at vos

communem populi Rom. causam suscipite, atque defendi- te. Ejectos aratores esse dico: agros villicales vexatos, atque exinanitos à Verre: populata, vexataque provi- vinciam: haec oinna doceo litteris civitatum, & privatis primariorum virorum testimoniis. Quid vultis amplius? non expectatis, dum L. Metellus is, qui multos in istum teles imperio & potestate deterruit, idem absens de istius sceleste, improbitate, audacia testimonium dicat? non opinor. At is optimè, qui successit isti, potuit cognoscere. Ita est: verum *amicitia impeditur*. At debet nos certiores facere, quo pacllo se habeat provincia. Debet: verum, men non cogitur. Num quis in Verrem L. Metelli testi- monium requirit? nemo. num quis postularat? non opinor. Quid si testimonio L. Metelli, ac litteris haec omnia vita eius docebo? quid dicetis? utrum Metellum falsum scribere? an amicum legendi esse cupidum? an prætorum, quemadmodum & provincia affecta sit, nefice? Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn Pompejum, & M. Crassum Co. quas ad M. Mummius prætorem, quas ad quarto-resulmis. *EPISTOLA L. METELLI DECUMAS FRUMENTI LEGE HIERONICA UENIDI.* Cum scribit, se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? ita se vendidisse, ut omnes, præter Verrem, cum scribit se lege Hieronica vendidisse, quid scribit? se per istum etepia Siculis majorum nostrorum beneficia, ius ipso- rum, conditionem societatis, amicitia, foederum reddidisse, dicit, quanti, cujusque agri decumas vendidebat, deinde quid scribit? Recita de epitolâ reliqua. *SUMMA VI.* *DATA EST OPERA A ME, UT QUAM PLURIMUM SEREREM.* Curigitur, Metelle, non ita magno vendidisti? quia desertas arationes, inane agros, provinciam miseram, perditamque offendisti? Quid? id ipsum, quod satum est, qua ratione quisquam, qui sereret, inventus est? Recita litteras. *LITTERÆ AIT* *le misisse, & præsentem confirmasse, suam inter posuisse auctoritatem.* tantum non aratoribus Metellus obedi- dedit, se nulla in re Verri simile futurum. At quid est tandem, in quo se laborasse dicat? Recita. *UT ARATORES, QUI RELIQUI ERANT, QUAM PLURIMUM SERERENT.* Qui reliqui? quid hoc est? reliqui? quo ex bello? qua ex vastitate? quenam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuurnum, tam calamitosum, prætorie, verisatum est, ut is, qui tibi suc- cesserit, reliquos aratores collegeret, & recreasse videatur? Cum belis Karthaginensis Sicilia vexata est, 7 & post ns. nostra, patrumque memoria, cum bis in ea provincia ma- gna fugitivorum copia versata sint: tamen aratorum & in- teriori facta nulla est. tum, semente prohibita, aut melle amissa, fructus annuis interbarat: tamen incolumis nu- metus manebat dominorum, atque aratorum tum qui M. Levinio, aut P. Rupilio, aut M. Aquilio, prætoribus in eam provinciam succederant, aratores reliquos non col- ligebant. Tantone plus Verres cum Apronio provincie Sicilia ca' amitis importavit, quām aut Hasdrubal cum Pœnorū exercitu, aut Athenio cum fugitivorum maxi- mis copiis, ut temporibus illi similis, hujus superatus esset, ager aratorum omnis, neque aratori prætor per litteras sup- plicaret, neque cum præfens oraret, ut quām plurimum impo- ret: nunc autem, ne post abitum quidem hujus importu- nissimæ pestis, quisquam reperiatur, qui sua voluntate araret? pauci esent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros.

1. *Litteræ* & fertiles desercent. Admisi hanc scripturam quorundam libitorum, quod magis placuerit Gulielmo o quām altero, lato.

2. *Desideras & repescis.* Fortasse & repescis, adscripte ore Gulielmus.

3. *Misere multe* ergo remansisse. Vulgati amplius, jugis minorer remansit.

Sed ea vox aucti Fabr. & Nann. & tantum turbat.

4. *Provincia affixa sit.* Nann. affixa sed videatur alterum me'us.

5. *Summa et data est a me opera.* Addidi syllabam & ex miss. Nann.

Ita Orat. præcedente: *Hominem summam regnare espit.*

6. *Tantum una aratoribus Met. ibi. dedit.* Ita Victorii editio & liber Nannii, alijs, ex eorum quod arati Met. ibi. usq. dedit.

7. *Ei post infira patrumque memoria, cum bis in ea.* Ita quidam libri Hos- tomiani, alijs edd. usquam pars. necraram.

8. *Tantum.* Sic Pall. sic Nann. probatque Victorius lib. III. Variat. lect. cap. 2. antea erat inveniens.

z. Omnia

126 agros, atque ad suum larem familiarem redirent? His te litteris, homo audacissime, atque amentissime, jugulatum esse non sentis? non vides, cum is, qui tibi successit, aratores reliquos appelleret, hoc cum distinere scribere, reliquos hos esse, non ex bello, neque ex aliqua hujusmodi calamitate, sed ex tuo scelere, importunitate, avaritia, crudelitate? Recita cetera. *TAMEN PRO EO, UT TEMPO- RIS DIFFICULTAS, ARATORUM QUE PENE- NURIA TULIT.* Aratorum, inquit, penuria. Si ego accusator toties de re eadem dicere, vererer, ne animos vobros offendorem, judices. Clamat Metellus: nisi litteras misissim, non est satis. nisi præsens confirmassim, ne id quidem satis est. reliquos, inquit, aratores, reliquos à propè lugubri verbo calamitatem provincia Sicilie significat. addit, *Ara- torum penuria.* Exspectate etiam, judices, exspectate si potestis, auctoritate accusationis meæ, dico aratores istius avaritia ejectos: scribit Metellus, reliquos ab se esse confirmatos, dico agros reliquos, arationesque desertas esse: scribit Metellus aratorum esse panuriam, hoc cùm scribit, illud ostendit, dejectos, ejectos, fortunis omnibus expulsoe esse populi R. Socios, atque amicos, quibus si qua calamitas propter istum, salvis vestigialibus nostris, accidisset, animadvertere jūcum vos oportebat: præseruit cùm ea lege judicaretis, quæ sociorum causa esset constituta. cùm vero perditis, profligatisque sociis, vestigialibus populi R. fini diminuta: res frumentaria, commeatus, copia, salus urbis, atque exercituum nostrorum in posteritate istius avaritia interierit: *Socii commoda populi R. reficiunt, si sociis fidelissimi prospicere non laboratis.* Atque, ut intelligatis, ab isto, præ lucro, prædaque præsentis, nec vestigialium, nec posteritatis habitam esse rationem: cognoscite, quid ad extremum scribat Metellus. *IN RELIQVM TEMPVS VECTIGALIBVS PROSPERI.* In reliquum tempus ait fe vectigalibus prospexisse, non scriberet, se vectigalibus prospexisse, nisi hoc vellet ostendere, te vectigalia perdidisse. Quid enim erat, quod vectigalibus prospiceret Metellus in decumis, & in tota re frumentaria, si iste non vectigalia Populi Roman, suo queritu pervertitur? Arque ipse Metellus, qui vectigalibus proficit, qui reliquos aratores colligit, quid asequitur, nisi hoc, ut arent, si quid possunt, quibus aratrum saltē aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit: qui tamen in agris spe, atque exspectatione Metelli remanerunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agri ejus sunt, sed etiam ex civitatibus suis, ex provincia, denique bonis, fortunisque omnibus erexit, profugerunt? quia ratione ii revocabuntur? quo pratorum innocentia sapientia, que opus est, ut illa aratorum multitudine aliquando in suis agris, ac sedibus collocetur? Ac, ne miremini, tantam multitudinem profugisse, quantam ex litteris publicis, aratorumque professionibus cognovisti: scitote, tantam acerbitudinem istius, tantum scelus in aratores fuisse (incredibile dictu est, judices: sed & factum, & tota Sicilia perculatum) ut homines, propter injurias, licentiamque decumanorum, mortem sua ipsi conservarent. Centuripinum Dioclem, hominem locupletem suspendisse se constat, quo die sit ei nuntiatur. Apronius decumas redemissis. Dyrachium, primum civitatis, eadem ratione mortem operuisse dixit apud vos homo nobilissimus, Archonidas Elorinus, cum audisset tantum decumanum professorum esse ex edito istius sibi debet, quantum ille bonis suis omnibus efficere non posset. Hæc tu, tametsi omnium hominum dissolutissimus, crudelissimusq; semper fuisti, tamen numquam perpeterere, quod illi genitus, luctusque provinciaz

ad tui capitis periculum pertinebant: non, inquam, perpetere, ut homines injuria tua remedium morte, ac suspedio quererent, nisi ea res ad quasdam, & ad predam tuam pertineret. Quid? illud perpeterere? attendite judices, 10-13. inibis enim nervis mihi connitendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes intelligent, quam improbab, quam manifestam, quam confessam rem pecunia redimere contentur. Grave crimen est hoc, & vehementer, & post hominum memoriam, judiciaque de pecuniis repetundis constituta, gravissimum, prætorem populi Roman. *socios ha- buisse decumanos.* Non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accusatore, jam antea in sella sedens prætor, cùm provinciam Siciliam obtineret, cùm ab omnibus non solum, id quod commune est propter imperium, sed etiam, (id quod istius præcipuum est,) propter crudelitatem metueretur, milles audivit, cùm ejus animum ad persequendum non negligenter tardaret, sed conscientia sceleris, avaritiaeque sua refrenaret. Loquebantur enim decumani palam, & præter ceteros is, qui apud ictum plurimum poterat, maximosq; agros populabatur, Apronius: *PREPARE- VUM ex illis magnis lucris ad se pervenire: prætorum esse socium.* Hoc cùm palam decumani tota provincia loquerentur, tuumque nomen in te tam turpi, nefastiique interponerent: nihil ne tibi venit in mentem existimationi tuae confulere? nihil denique capiti, ac fortunis tuis providere? cùm tui *nominis terror* in auribus, animisque aratorum veraretur: cùm decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non suam vim, sed tuum scelus, ac nomen opponerent: equod judicium Romæ tam dissolatum, tam perditum, tam nummarium fore putas, quo ex judicio te ulla salus servare posset? cùm planum fieret, decumis contra instituta, leges, confutudinemque omnium venditis, in aratorum bonis, fortunisque diripiendis decumanos dictitasse tuas esse partes tuam rem, tuam prædam: idque te tacuisse, &c, cùm dissimilare non posses, potuisse tamen perpetrare, & perfere, quod magnitudo lucis obscuraret periculi magnitudinem, plusque aliquanto apud te pecunia cupiditas, quam judicii metus posset. Esto, cetera negare non potes. ne illud quidem tibi reliquum fecisti, ut hoc posses dicere, nihil enim te audiisse, nihil ad tuas aureis de infamia tua perennis. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tu id nesciebas? Fremebat tota provincia, nemo id tibi renuntiabat? Roma querimonias de tuis injuriis, contentusque habebantur, ignorabas hæc? ignorabas hæc omnia? quid? cùm palam Syracusis, te audiente, maximo conveniu P. Rubrius Q. Apronius sponfione lacepsivit, NI APRO- NIVS DICTITARET, TE SIDI IN DECVMIS ESSE SO- CIVM: hæc te vox non perculit? non perturbavit? non, ut capiti, & fortunis tuis prospiceret, excitavit? Tacuisti: fedasti etiam liteis illorum: & sponfio illa ne fieret, labefacti. Prædii immortales! hoc aut innocens homo perpetravit, aut quamvis nocens, qui modo judicia Romæ fore putaret, & non aliqua simulatione existimationi se hominum venditasset? Quid est hoc? sponfio fit de capite, ac fortunis tuis, tu sedes, & quiescis? non perseveris? non perseveras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audiuit? unde hoc natum, quemadmodum prolatum sit? Si quis tibi ad aurem accessisset, & dixisset, Apronium dictare, te sibi esse socium: commoveri te oportuit, vocare Apronium, nec illum ante tibi satisfacere, quam tu omnium existimationis satisfecies. cum vero in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc, verbo & simulatione, Apronio; re vera, tibi objectum esset: tu umquam tantam plagam tacitus accipere potuisses, nisi hoc ita statuisses, in te tam manifesta quidquid

1. *Omnibus enim nervis habibi connitendum.*] Melius ita liber Nannii, quam hæc tenus vulgari, contentendum.

2. *Nisi aliqua se simulatione existimationis hominum rendisset.*] Haud

altera editio Victorii, nisi quod ultimo verbo finxerit, *rendisset;* contra Pall. & Nann.

1. Quis

134 quidquid divisiss, te deterius esse facturum? Quixstores, legatos, praefatos suos, tribanos, multi missos fecerunt, & de provincia decedere iussi sunt, quod eorum culpam se manus commode audire arbitrantur, aut quod peccare illos aliqua in re judicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum perditum, flagitiosum: & qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisse, & cum in tanto tuo dedecore profectio, ne verbo quidem graviore appellasse: neq; apud te tam sancta religio societatis fuisse, ut tui captiuo periculum negligeres, nisi rem tam notam esse omnibus, & tam manifeste videbas. Cum eodem Apronio postea Scandilius, eques Romanus, quem vos omnes nolitis, candem sponzionem de societate fecit, quam Rubrius facebat voluerat. Institut, opresisti, non remisisti: & facta est sponsio H. & v. mil. coepit Scandilius recuperatores, aut judicem postulare. Satisne vobis praetori improbo circumdati cancelli videntur in sua provincia: immo vero in sella ac tribunal: ut aut de suo capite judicium fieri patiatur praesens, ac sedens: aut confitetur, se omnibus judicis convinci necessi esse? Sponsio est, NI TE APRONIUS IN DECVMIS SOCIVM ESSE DICAT: provincia tua est: adess abs te judicium postulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te datum. bene agis: tamen si qui erunt tantu cervicibus recuperatores, qui audeant in provincia, cum prator adsit, non solū contra voluntatem ejus, sed etiam contra fortunas tuas? 135 dicare? Verum esto, manifesta res est, cum nemo esset, qui in hoc se audisse liquidum diceret, locupletissimus quisque, certissimus tuis esset: nemo erat Sicilia tota, qui ne sciret decumas esse pratoris; nemo, qui non audisset ita Apronium dictasse: præterea convertitus honestus Syrus, multi equites Romani, viri primarii, ex qua copia recuperatores rejici oportet, qui aliter judicare nullo modo possent. Inquit Scandilius poscere recuperatores, tum iste homo, innocens, qui illam suspicionem levare, atque ab se removere cuperet, recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. Pro deum, hominumque fidem! quem ego accuso? in quo meam industriam, ac diligentiam spectavi? volo? quid est quod ego dicendo, aut cogitando efficerem, aut aequi debeam? tendo, teneo, inquam, in mediis nocti galibus populi R. in ipsis fructibus provinciæ Sicilie futrem & manifestè avertentem rem frumentatiam omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam, ita, ut negare non possit, nam quid hic dicere? Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, 5 NI SOCIVM letibi in decumis esse dictaret, expectant omnes, quantibz ea res cura sit, quemadmodum hominum existimatione te atque innocentiam tuam probari velis. Hic tu medicum, & haruspicem, & praecōnem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illum ipsum, quem tu in cohorte tua Cassianum judicem habebas, si qua res major esset, Papirium Potamonem, hominem sevētum, ex veteri illa equestri disciplina? Scandilius postulare de conventu recuperatores. Tum iste negat se de existimatione sua cūquam, nisi suā, commisurum. NEGOTIATORES putant esse turpe, id forum sibi iniquum ejurare, ubi negotiantur. Prator provinciam suam totam sibi iniquam ejurat. O impudentiam singu-

rem? Hic postular se Romam absolvī, qui in sua provincia iudicavit, se absolvī nullo modo posse? qui plus existimat apud leclissimos seniores pecuniam, quam apud treis negotiatores meum valere? Scandilius vero negat se apud Aitemidorum recuperatorem verbum esse facturum: sed tamen auget, atque onerat te bonis conditionibus, si tu velis. Si EX PROVINIA Sicilia tota statua idoneum jucidem, aut recuperatorem nullum posse reperiri, postulat a te, ut Romam reicias. Hic enimvero tu exclamas, ho-¹³⁵ minem improbum & qui postulet ibi de tua existimatione judicium fieri, ubi te invidiosum esse intelligebat, negas te Romam reiectum: negas de conventu recuperatores duraturum; cohoretum tuam proponis. Scandilius rem se totam relictum dicit, & suo tempore esse reditum. Qui tu ibi tum? quid facis? Scandiliū cogis, quid? sponzionem acceptam facere? Impudenter tollis exspectatum existimationis tue judicium non facis. Quid ergo? Apronio permittis, ut, quos velit, de cohorte sumat recuperatores? Indignum, uni potius ex iniquo sumendi, quam utrique ex aequali reiendi fieri potestatem. Neutrū facis eorum. Quid ergo? & aliiquid, quod improbus fieri potest, cogit enim Scandiliū quinque illa milia numismata dñe, atque adnumerare Apronio. Quid potius elegantiū facere prator cupidus existimationis bona: qui ab se omni suspectione propulset? quie ex parte ex infamia cupet? Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem, dictitarum homo improbus, atque impurus, Aproniū, scūmū esse pratorē: venerat res in judicium, atque discrīmen: potestas erat isti, homini integro, atque innocentia, ut, in Apronium cū animadversissi, se gravissima levare infamia. Quid excogitat pœna? quid animadversionis in Apronium? cogit Scandiliū Apronio ob singularē improbitatem, atque audaciam, prædicationemque nefariorū societatis, & H. & v. millia 9 mercedis ac premiū. Quid interfuit, homo audacissime, utrum hoc decerneret: an id, quod Apronius diffidat, tute de te profere ac dictare? quem hominem, si quis pudor int, atque adeo si quis inetus fuisset, sine supplicio dimittere non debuit: hunc abs te sine præmio discedere non lūsus. Omnia simili intelligere potuissit, judices, ex uno crimen Scandiliā: primum, hoc non esse Roma natum de societate decumarum, non ab accusatore fictum: non ut solemus interdum in defensionibus dicere) crimen domesticum, ac veraculum, non ex tempore periculi tui constitutum: 10 sed vetus, excogitatum iam, & te prætore lactatum, & non ab inimicis Roma compositorum, sed Romam de provincia exportatum. Simili intelligi potest illud istius in Apronium studium, Apronii de isto non modo confessio, veium etiam commemoratio. eodem accedit, quid hoc quoque intellegere potestis, istum statuisse, in provincia sua, existimationis sua judicium extra cohortem suam committendum fuisse nemini. Equis est judex, cui non ab initio decumanī criminis peritus sumit, istum in aratorum bona, fortunataque impetum fecisse? quis hoc non ex eo statim iudicavit, quod oitendi, istum decumas nova lege, atque aedē nulla lege, contra omnium consuetudinem, atque instituta vendidisse? Verum, ut istos ego judices tam leveros, tam ¹³⁶ diligē.

1. Qui non medius animum integrum, &c.] Periodus tota impura, nihil saepe cluueniūt, nostrū aut edd. vett.

2. Eum in tanto tuo dedere praefatos, ut verba quidem graviore appellasset.] Variè veritas hic locus, nihil sufficerit, indicare, nihil mutare ediciones præfatos, aut Pall. nisi quod primus, præferat, præfiliū ne verbo quidem verbo quidem graviore appellasset, idem max servavit illud neque, quod Hotomanus mutatum cupiebat in agere.

3. Falsa est spes H-S. v. mil.] Pall. uterque rejicit illud mil. secundus vero virgulum haber supra v. edd. prima etiam non agnoscunt illud mil.

4. Manifeste avertentem.] Nannii codex, avertentem.

5. In seūm se ibi.] Ita liber Nannii, aliis in seūm sibi, aut si se-

cium te sibi, minus apposite.

6. Et tamquam auger aequi murat, &c.] Lambiniāne, usq; argu. incertim hæcē num & hec locum habere possit, vrat.

7. Et aliiquid quod improbum fieri potest.] Eleganter: tanquam si ne illo quidem alius fuisset, si reperire potuisse quidpiam improbadivis.

8. H-S v. millia.] Nannii liber, H-S. quingentia millia, cui refragatur quæ proxime præcessere.

9. Mercede ac premi dare.] Nannii idem exemplar istud habet vulgaribus ante amplius, mercede unum ac premi.

10. Sed istum, excogitatum jam, Corrigit Gulielmus, exaggravat, a Robri, saliget & Scandilio.

diligenteis, tam religiosos non haberem, ecquis est, ex iniuriarum magnitudine, improbitate decretorum, judiciorum iniquitate, qui hoc non jamdudum statuerit, & judicari? Etiam sane sit aliquis *dissolutus in judicando*: legum, officii, reip. sociorum, atque amicorum negligentior; quid? is positne de istius improbitate dubitare, cum tanta luca facta, tam iniquas pactiones, vi & metu expressas cognoverit? cum tanta premia civitates, vi, atque imperio, virgarum, ac mortis metu, non modo Apronio, atque ejus si-¹⁴⁴ milibus, verum etiam Veneris servis dare coactas. Quod si quis sociorum incommodis minus moveret: si quem aratorum fugit, calamitates, exsilia, suspendia denique non permovent: non possum dubitare, quin is tamen, cum vastatam Siciliam, relictos agros, ex civitatum literis, & epistola L. Metelli cognoverit: statuat, fieri non posse, ut de isto non se verisimilem judicetur. Est etiam aliquis, qui haec omnia dissimilat, ac negligere possit. Attuli sponsiones ipso praesente factas de decumarum sociate, ab ipso prohibitas judicari, quid est, quod posset quisquam manifestius hoc desiderare? Non dubito, quin vobis satisfecerim, judices, verumtamen progediar longius; non melchore quo magis hoc vobis persuadeatur, quam jam persuasum esse confido: sed ut ille aliquando impudentius sua finem faciat: aliquando definit, ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit venalia, fidem, iurandum, veritatem, officium, religionem: definit amici ejus ea dictare, qua detrimento, macula, invidit, & infamia no-¹⁴⁵ bis omnibus esse possint. At qui amici? Omiferum, atque invidiosum, offensumque paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorum! Albam & milium sedentem in fauces macelli loqui palam, *Vicissim Verrem*, empros habere judices, alium n-s ccc milibus, alium n-s 15, quem minimo, ccc. Atque ei cum responsum esset, fieri non posse: multos iestes esse dicturos, me præterea causæ non defuturum: *Licit h-oc teles, inquit* 2 omnes omnia dicant in illo: nisi ita res manifesta erit allata, ut respon-¹⁴⁶ deri nihil posit, victimus. Bene agis Alba: ad tuam veniam conditionem, nihil putas *valere in judicio* conjecturam, nihil suspicione: nihil anteacta vita existimationem, nihil honorum virorum testimonia, nihil civitatum auctoritates, ac testimonia: 3 litteras manifestas queris. Non qua-^{ro} *judices Castranos*: veterem judiciorum severitatem non re-
quiro: velram in hoc fidem, dignitatem, religionem in ju-
dicando non imploro: Albam habebo judicem, eum hominem, qui se ipse scuram improbusimum existimari vult: qui à scuris potius semper gladiator, quam scurra appellatus sit, afferam item ejusmodi in decumis, ut Alba fateatur, istum in te frumentaria, & in bonis aratorum a-¹⁴⁷ pert, *palamque esse prædatum*. Decumas agri Leontini magno dicit se vendidisse. Ostendi jam illud initio: non existi-
mandum magno vendidisse eum, qui verbo decumas ven-
diderit: re, & conditione, & lege, & editio, & licentia decumanorum decumas aratoribus nullas reliquias fecerit. etiam illud ostendi, vendidisse alios magno decumas agri Leontini, ceterorumque agrorum. & lege Hieronica ven-
didisse: ne pluris etiam, quam te vendidisse: nec aratorem quemquam esse questum, nec enim fuit quod quicquam queri posset, cum lega aquifinie scripta venirent: neque illud umquam arator interfuit, quasit decumus venirent, non enim ita est, ut si magno venierint, plus arator debeat:

si parvo, minus. Ut frumenta nata sunt, ita decumæ ve-
neunt: aratoris autem interest, ita se frumenta habere, ut
decumæ quam plutino venire possint, dum arator ne plus
decuma det, expedit ei 4 decumam esse quam maximi.
Verum hoc, ut opinor, esse vis caput defensionis tuae, ma-¹⁴⁸
gno te decumas vendidisse 5 [atq; aliorum quidem agro-
rum proportione magno decumas vendidisse] agri veio Leontini, qui plurimum efficit, tritici mod. cxxvi millibus. Si doceo, pluris aliquanto potuisse te vendere, neque his voluisse addicere, qui contra Apronium liecentur: & Apronio multo minbris, quam aliis potueris, tradidisse; si hoc doceo; poteritne te Alba, tuus antiquissimus non so-
lum amicus, verum etiam amator, absolvere? Dico equitem Rom. hominem in primis honestum, Q. Minucium, cum sui similibus, ad decumas agri Leontini tritici mod. non c15, non c16 c15, non c17 c15 c15, sed ad unas unius agri decumas tritici mod. xxx millia voluisse addere,
& ei potestatem emendi non esse factam, ne res abiret ab Apronio, negare hoc, nisi forte negare omnia constituisti, ¹⁴⁹
nulla modo potes. *palam re gesta est*, maximo conventu, Syracusis: istis est tota provincia, propterea quod undique ad emendas decumas solent eò convenire. quod sive fate-
ris, sive convinceris: quot, & quam & manifestis in rebus
tenere, non vides? primum tuam rem illam, & prædam
fuisse, nam, nisi ita esset, cur tu Apronium malebas, (quem
omnes tuum procurare in decumis negotium loqueban-
tur) quam Minucium, decumas agri Leontini sumere? de-
inde immensus, atque infinitum lucrum esse factum, nam
si xxx millibus mod. tritici tu commotus non es: certe
hoc idem lucri Minucii Apronio libenter dedisset, si ille
acciperre voluisse. Quantum igitur illi spem præda propo-¹⁵⁰
sitam arbitramur fuisse, qui *tantum præsens lucrum, nulla
opera infanta, contemnit*, atque delixerit? deinde e ipse Mi-
nucius nunquam tanti habet: re voluisse, si decumas tu le-
ge Hieronica venderes: sed quod tuis novis editis, & ini-
quissimis institutis plus aliquanto se, quam decumas, ab-
laturum videbat, idcirco longius progressus est. At Apronio
semper plus etiam multo abs te permissum est, quam quod
ediveras. Quantum igitur questum putamus factum esse
per eum, cui *quid via lucrum sit*: cum tantum lucri voluerit
addere is, cui, si decumas emiserit, idem non liceret? Po-
strem illa quidem certè tibi præcisæ defensione est, in qua tu
semper omnia tua farta, atq; flagitia iatere posse arbitratu-
res: magno te decumas vendidisse: *plebi Romana consuleisse*:
annon profexisse. Non potest hoc dicere is, qui negare
non potest, te unius agri decumas xxx millib. mod. mino-
ris, quam potueris, vendidisse: ut etiam, si tibi hoc conce-
dam, Minucio idem non tradidisse, quod jam addixisset
Apronio: ajunt enim te ita dictare; quod ego exspecto,
cupioque te ita illud defendere. verum ut ita sit, tamen
non potes hoc, quasi præclarum aliquid, prædicare, ma-
gno te decumas vendidisse, cum fuisse fateare, qui multo
pluris voluerint emere. Tenetur igitur jam, judices, & ¹⁵²
manifesto tenetur avaritia, cupiditas hominis, scelus, im-
probitas, audacia. *Quid si hæc, quæ dico, ipsius amici,*
defensoresque judicarunt? quid vultis amplius? Adventu-
L. Metelli, pratoris, cum omnis eius comites iste sibi suo
ilio panzerio medicamento amicos reddidisset; adiutum est
ad Metellum: eductus est Apronus: eduxit vir primarius
C. Gallius, senator: postulavit à L. Metello, ut ex editio-
suo

1. Infamia nobis emulione esse possit.] Conjectat Golielmus, bonis
omnibus.

2. Omnes omnia dicunt in illo: nisi ei.] Interpunktio à me est, electio
à vetere libro Hotomanici: prius editio, dicunt: in illo nisi, &c. P. Manu-
tius omittit in id, hanc poterat se expedire facilius.

3. Literas manifestas querit.] Hæc est omnium edd. & Pall. lectio.
Hotomanus rescribit: autoritates, testimonia, litteras, & testi-
monia.

4. Decumam esse quam maximi.] Et à cod. scripto Hotomaniani & Lam-
bini, vulgo maximum.

5. [Apropter aliorum.] Vincis inclusa sunt à ms. Lambini, quem non
describit nolui auctoritate ejus contemnere, sed dignum non dixi,
eius plenaria adliberetur fides, itaque locum feci notabilem, neque e-
num forum litera illa in Pall. aut edd. vere sit.

6. Manifestis in rebus tenere.] Vulgata, maximis. sed alterum erat e-
suo. Namnius.

suo judicium daret in Apronium. QVOD PER VIM, AVT METVM ABSTYLISSE ET: quam formulam Octaviañam, & Romz Metellus habuerat, & habebat in provincia, non impetrat: cum hoc diceret Metellus, prejudicium à se de capite C. Verris per hoc judicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominum non ingratiorum, aderat Apronio. C. Gallius, homo noitri ordinis, à suo familiarissimo L. Metello judicium ex edito non potest impetrare. Non reprehendo Metellum, peperit homini amico, & quemadmodum ipsum dicere audiri, necessario, non reprehendo, inquam, Metellum: sed hoc miror, quomodo, de quo homine prajudicium noluerit fieri per recuperatores, de hoc ipso non modo prajudicari, verum gravissime, ac vehementissime judicari. Primum enim, si Apronium absolutum iri putaret: nihil erat, quod ullum prajudicium veretur. deinde, si, condemnato Apronio, conjunctam eam eo Verris causam omnes erant existimaturi: Metellus quidem certe jam hoc judicabat, eorum rem, cauamque esse conjunctam: qui statuerit, Apronio condemnato, de isto prajudicium futurum. & simili una res utrique re est argumento: & aratores vi & metu crastos Apronio multo plus, quam debuerint, dedisse: & Apronium istius rem suo nomine egisse, cum L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari quin similis de istius sceleri, atque improbitate judicaretur. Venio nunc ad Epistolam Timarchidis, liberti istius, & accensi: de qua cum dixerim, totum hoc crimen decumanum perorabo. Hoc epistola est, judices, quam nos Syracusis in eisdem Aproniis, cum litteras conquereremus, invenimus. misla est, ut ipsa significat, ex itinere, cum Verres jam de provincia decessisset, Timarchidis manuscripta. Recita et epistolam Timarchidis: TIMARCHIDES VERRIS ACCENSUS APRONIO SALVETE DICIT. Jam hoc quidem non reprehendo, quod adscripsit, Accensus, cur enim sibi hoc scriba soli sumant? L. PAPIRIVS SCRIBA. Volo ego hoc esse commune ac censorum, lictorum, viatorum. FAC DILIGENTIA M. ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. commendat Apronio Verrem, & hortatur, ut nimis eius relata. Bono praesidio munitur existimatio tua: si quidem in Aproniis constituitur diligentia, atque auctoritate. HABES VIRTUTEM ATQUE FLOVENTIAM. Quām copiose laudatur Apronius a Timarchide! quām magnificē! cui ego non possum illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus sit! HABES SVMTVM VNDE FACIAS. Necesse est, quod redundarit de velto frumentario quatuor, ad illum porissimum, per quem agebatis, defluxisse. SCRIBAS. APPARITORES RECENTEIS ARRIBE. CVM E. VULTEO, QUI BLVR' MV N POTEST, CAEDE, CONCIDE. Vide quām valde & malitia sua confidat Timarchides, qui etiam Aproniuim improbitatis precepta det. Jam hoc, CAEDE, CONCIDE, nonne, verba domo patroni ad promovere videtur, ad omne genus nequitia accommodata? VOLO A MIFRATER FRATERCULO TUO CREDAS. Consorti quidem in lucris, atque furtis, gemino & simillimo nequitia, improbitate, audacia. 5 IN COHORTE CARUS HABEBERE. Quid est hoc, IN COHORTE? quod pertinet? Aproniuim doces? quid? in vestram cohortem, te monitore, an sua sponte pervenerat? QVOD CUIQUE OPUS SIT, OPPONE. Quia impudentia putatis eum

in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus fit? ait, omnia pecunia effici posse: & dicit profunde, oppone, livellis vincere. Non hoc mihi tam molestum est, Apronio suadere Timarchide, quam quod hoc idem patrono suo pricipit. TE POSTULANTE OMNES VINCEREA. SOLENTE. Verre quidem prator, non Sacerdote, non Paduca, non hoc ipso Metello. SCIS METELLUM SAPIENTEM ESSE. 7 Hoc vero ferri jam non potest, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, & contemni, ac despici fugitiu Timarchide. SI VULTEJUM HABEBIS, OMNIA & LUDIBRUNDUS CONELCIES. Hic vehementer errat Timarchides, qui aut Vultejum pecunia corrumpi poterit posse, aut Metellum unius arbitriu gerere praturam. sed erravit conjectura dolefcta: quia multos per se, & per alios multa ludibrios libidinosos apud Verrem effecisis vidit: ad omnes, eisdem patete aditus arbitrabatur. facilis vos efficiebatis ludibria, quia volebatas a Verre, quod multa eius ludorum generaratis. INCLUCATUM EST METELLO. ET VULTEO, YE ARATO RES EVERTISSE. Quis istuc Apronio attribuebat, cum autorem aliquem eventat? aut Timarchidi, cum ob judicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam accepatur? aut Sextio lictori, cum aliquem innocentem securi pecusserat? nemo, omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. OBTUDERUNT EJUS AUREIS, TE SOCIMUM PRAETORIS FVISE. Videamus, hoc quām clarum sit, ac fuerit: cūm etiam Timarchides hoc metuat: concedes, non hoc crimen nos in te confingere, sed jam pridem ad eritem aliquam defensionem libertum querere. libertus, & accensus tuus, & tibi ac liberis tuis, omnibus in rebus, conjunctus ac proximus, ad Apronium scribit vulgo esse ab omnibus ita demonstratum Metello, tibi Apronium in decumus locum fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORUM. IPSI SUDABUNT, SI DI VOLUNT. Quod istuc, per deos immortales, aurique causa excitatum esse dicamus in aratores tam infeluum diuum, atque tantum? quantam injuriam fecerunt Verri aratores, ut eos etiam libertus & accensus ejus tam irato animo, his litteris inequatur? Neque ego hujus fugitivi, judices, epistolam vobis recitalem, nisi ut ex ea tortus familiis praecepta, & instituta, & disciplinam cognoscere. Videatis, ut moneat Aproniuim? quibus rebus, ac munieribus se influerit in familiaritatem Metelli: Vultejum corrumpat? scribas, accensumque pretio deliniat? ei pricipit, quae vidit: ea monet alienum hominem, quae domi didicit ipse. verum in hoc errat uno, quod easdem existimat vias ad omnium familiaritatem esse munitas. Quamquam merito sum iratus Metello: tamen haec, que vera iunt, dicam. Aproniuim ipsum Metellum non presio, ut Verrem, non convivio, non muliere, & non sermone inauto, atque improbo posset corrumpere: quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam adspicerat, sed brevi tempore totū hominem, totaenque ejus praturam possederat. Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat, quod corrumperet, ex qua recuperatores nulli dabantur? Nam quod scribit, Metelli filium puerum esse, vehementer errat, non enim ad omnes pratorum filios idem aditus sunt. O Timarchide,

1. Terum crimen perorabo.] Nannianum exemplar, pressare.

2. Epistolam Timarchidis.] Lambinus hec & infra aliquoties reponit, Timarchidi.

3. Malitia sua confidat.] Lambini editiones militis, sed contra alias edd. & Pall. vide Lipsiā libro v. Epistolacar. questionum Epistola 14.

4. Mi frater fratriculo.] Ita Lambinus ex Nannii codice. nam antea editi, mihi fratriculo.

5. In cohortes carcer habebere.] Et à mī melius quam vulgariter, habebare.

6. Da, profunde, oppone, si velis &c.] Sitio à conjectura, an libro Horomani, nescio, editi & scripti nostri, dare, profundere, oppone, si velis.

7. Hec vero ferri jam non posst.] Pal. pr. ferri utique jam &c. sec. scripti jam &c., illud utique non & displicet.

8. Ludibrundus confites.] Haud aliter Nannii exemplar, publicati ante perfecti.

9. Non in fermisse incaus & improbo.] Sic vett. & sic Pall. nostri, sic Victorius, sic Horomanus. Lambinus, impura, quod & in m. Nannii, fuit cum divinarem inservio.

de. Metelli est filius in provincia, non puer, sed adolescentis bonus ac pudens, dignus illo loco ac nomine. vester ille puer prætexatus, in provincia quemadmodum fuisse, non dicetem, si puer effe illum culpam, ne non patris existimarem. Tunc, cum te, ac tuam vitam nosles, in Siciliam tecum grandem prætextum filium duebas? ut, etiam si natura puerum à paternis virtutis, atque à genetis similitudine ab duceret, consuende tamen eum, & disciplina degenerare non 164. fasineret? Fac enim fuisse in isto C. Lætii, M. Catonis 2 materiem, atque indolem: QUID EX EO boni sperati, atque effici potest, qui in patris luxurie sic viserit, ut nullum umquam padicium, neque sobrium convivium videbit? qui in epulis quotidianis, adulta atate, per triennium inter impudicas mulieres, & intemperantes viros versatus sit? nihil unquam a patre audierit, quo pudenter, aut melior esse? nihil unquam patrem agere videbit, quod cum imitatus est effet, non, id quod tu piffimum est, patris similes 165. reputaretur? Quibus in rebus non solum filio, verum etiam resp. fecisti injuriam. Suceperas enim liberos non solum tibi, sed etiam patria; qui non modo tibi volupsum, sed etiam qui aliquando usui resp. esse possent. Eos instituere, atque erudire ad maiorum instituta, atque civitatis disciplinam, non 3 ad tua flagitia, neque ad tuas turpitudines debuisti. Esset ex iuventute, atque impuro, & improbo parente navus, & pudens, & probus filius, haberet aliquid abs te resp. numeris, nunc pro te Verrem substituisti alterum civitatem nisi hoc forte deterior est, si fieri potest, quod tu ejusmodi evasti, non in hominis luxuriosi, sed tantum in furis, ac 166. discipulis disciplina educatus. Quid isto festivius fore arbitramur, qui est tuus natura filius, confuetudine discipulus, voluntate similis? Quem ego, judices, quamvis bonum, fortisq; facile paterner evadere, non enim me inimicitæ commovent, si quæ mihi cum isto futura sint, nam si in omnibus rebus innocens fuero, meique similis: quid mihi istius inimicitæ nocebunt? si aliqua in re Verri similis fuero, non magis mihi deerrit inimicus, quam Verri similis fuero, non enim, judices, ejusmodi resp. debet esse, & erit, severitate judiciorum constituta. Ut INIMICVS neque deesse nocenti possit, neque obesse innocentem. Quapropter nulla res est, quamobrem ego istum nolim ex paternis probris, ac vitis emergere, id quod tametsi isti difficile est, tamē haud scio an fieri possit: præsertim si (ut nunc sit) custodes amicorum eum sectabuntur: quoniā pater tam negligens, ac 167. dissolutus est. Verum hac longius, quam voluntas fuit, ab epistola Timarchidis degressa est oratio mea, qua recitata, conchifurum me esse crimen decumanum dixeram: ex quo intellexistis, innumerabilem frumenti numerum per triennium avernum à repub. esse creptumque aratoribus. Sequitur, ut de frumento emto vos, judices, doceam, maximo atque impudentissimo fusto: de quo dum certa, & pauca, & magna dicam, breviter attendite. Frumentum emere in Sicilia debuit Verres ex senatus consulo. & ex lege Terentia, & Cassia, frumentaria. Emundi duo genera fuerunt: 4. unum ceterarum decumanum: alterum, quod præterea civitatib; æqualiter esset distributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuisse: 5. hujus imperati tritici mod. 1000 milia: premium autem constitutum decumanum in mod. singulos H-S terni: imperato H-S. IIII. Ita in frumentum imperatum 6. H-S bis & tritices in annos singulos Verri decernebatur, quod aratoribus solveret: in alteras decumas ferme ad nonages. sic per triennium ad hanc frumenti emitionem Siciliensem prop̄ centies & tri-

cies erogatum est. Hanc pecuniam tantam, datam ubi ex 164. arario inopi, atque exhausto: datam ad frumentum, hoc est, ad necessitatem salutis & vite: datam, ut Siculis aratoribus, quibus tanta onera resp. imponeret, solveretur: abs te sic laceratam esse dico, ut postum illud probare, si velim, omnem te hanc pecuniam domum tuam aversiss. et enim sic hanc rem totam administrasti, ut hoc, quod dico, probari æquissimum judici possit. Sed ego habebo rationem auctoritatis meæ: meminero, quo anno quo consilio ad caufam publicam accesserim: non agam tecum accusatio: nihil fingam: nihil cuiquam probati velim medicente, quod non ante mihi metipsi probatum. In hac pecunia publica, judices, hæc insunt tria genera furtorum. Primum cum posita esset pecunia apud eos societas, unde erat attributa, binis centesimis scenerius est. Deinde per multis civitatis profluum hihil solvit omnino: purum, si cui civitati solvit: tantum detraxit, quantum comisum fuit: nulli, quod debitum est, reddidit. Ac prius hoc ex te quarto: tu, cui publicani ex Carpinatii litteris gratias egereunt, pecunia publica ex arario erogata, ex vestigialibus populi Rom. ad emendum frumentum attributa, fuerint tibi qnt stui: pensarinte tibi binas centesimas. Credo te negaturum, turpis enim es, & periculosa confessio. Mihi autem hoc perarduum est demonstrare: quibus enim testibus? publicanis? tractati honorificè sunt: cebunt, litteræ corum? decreto decumanorum reiota sunt. Quò me igitur veram? rem tam improbam, crimen tanta audacia, tantaque impudentia, propter inopiam testium, ac litterarum pretermittam? non faciam, judices, utar teste, quo? P. Vettio Chilone, homine equestris ordinis honestissimo, atque ornatusissimo: qui isti ita amicus, & necessarius es, ut, etiam si vir bonus non es, tamen, quod contra istum diceret, grave videretur: ita vir bonus es, ut, etiam si inimicissimus isti es, tamen ejus testimonio credi oportere. Admiratur & exspectat, quidnam Vettius dictu- 167. rus sit, nihil dicet ex tempore: nihil ex sua voluntate: nihil, ut ei utrumvis licuisse videatur. Misit in Siciliam litteras ad Carpinatum, cum esset magister scriptura, & eius societatis publicanorum: quas ego Syracusis, apud Carpiniatum in littera jum allatarum libris: Romæ, in literarum missarum apud magistrum Tullium, familiarem tuum inveni: quibus ex litteris impudentiam scenerationis, quæ se, cognoscere. LITTERAE MISSAE L. VETTI, L. SERVILII, C. ANTISTII, MAGISTRORVM. Præstò se tibi ait futurum Vettius, & obscuriorum, quemadmodum rationes ad xxi. ratiū referas: ut, si hanc ex foenore populo pecuniam non retuleris, reddas scicerias. Possumus hoc teste, possumus 168. P. Servilii, & C. Antistii, magistrorum, litteris, primorum hominum, atque honestissimorum, possumus aucto: ita: te societatis, cuius litteris utimur, quod dicimus, obuine: re? an aliqua firmiora, aut graviora querenda sunt? Vettius, tuus familiarissimus: Vettius, tuus affinis, cuius foorem habes in matrimonio, tuus frater uxorius Vettius, frater tui quæstoris, testatur impudentissimum tuum futurum, certissimumque peculatum. nam quo alio nomine: pecunia publica sceneratio est appellanda? RECITALIA RELIQVA. Scribam tuum dicit, Verres, hujus perscripto: rem scenerationis fuisse, ei quoque magistri ministrantur in litteris: etenim calu scriba tum duo magistri fuerunt cum Vettio. Binas centesimas ab se ablatas scendunt non putant: & recte non putant. Quis enim hoc fecit unquam? quis denique conatus est facere, aut posse fieri cogitavit?

1. Materiem sive indolem.] Lambinus: naturam, sur obsecro?

2. Effecit id quod &c.] Nann. conjectebat, non hemifieri, sed quid super.

3. [Ad tua flagitia, neque.] Circumflexi haec uncis, quod in nullo in-

veniunt Pall. aut veteri editione.

4. Unum ceterarum decumanum.] Alii publicarunt ceterarum, Nan. liber,

quam decumanum, at Motom. vetus; unum alterarum deinceps.

5. Hujus imperati tritici mod. 13 CCC. Sic hodie fieri legitur ex li- bro Nanni: quippe Pall. sive istius mod. DCCC. &c.

6. H-S. Bis & tritices.] Et hæc lectio à conjectura Motomani editi: enim scriptaque H-S duodecimæ.

7. Et quæ societas publicanorum.] Est à libro Motomani, nam Pall. ex ista publicanorum, editi omnes, & ista publicanorum.

1 ut, cum senatus publicanos usura sepe juvisset, magistratus a publicanis pecuniam pro usuris auderet auferre? Certe huic homini ipes nulla salutis esset, si publicani, hoc 169. est, si equites Romani judicarent, et minor esse nunc, judices, vobis dico, tantum minor, quanto est honestius alieno injuria, quam re sua commoveri. Quid ad hoc respondere cogitas? Utrum factum negabis? an tibi hoc licitum esse defendes? negare qui potes? an ut tanta auctoritate litterarum, tot testibus publicanis convincare? licuisse verò qui? si mehercule te pecuniam tuam, non populi R. in provincia foeneratum docerem, tanien effugere non posse. * sed publicam, led ob frumentum decretam, sed a publicanis foenore accepero: hoc licuisse cuiquam probabis? quo non modò ceteri, sed tu ipse nihil audiaceus, improbusque fecisti. Non mehercule hoc, quod omnibus singulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum est, possum, judices, dicere audiaceus est, aut impudentius, quod per multis civitatibus pro frumento nihil solvit omnino. major huc præda fortissima est: sed illa impudentia certè non minor. Et, quoniam de illa foeneratioe satis dictum est, nunc de hac tota pecunia averba, quæ cognoscite. Sicilia civitates multæ sunt, judices, ornatae, atque honestae: ex quibus in primis numeranda est civitas Halefina, nullam enim reperiens aut officiis fideliorum, aut copiis locupletiore, aut auctoritate graviorem. Huic iste in annos singulos, cuæ sexaginta tritici millia modiū imperavisset, pro tritico munus abfuit, quanti erat in Sicilia triticum: quos de publico nummios accepérat, retinuit omnes. 3 Obstupui judices, cum hoc mihi primum Halefia demonstravit in senatu Halefinorum homo summo ingenio, summa prudencia, summa auctoritate præditus, Halefinus Aeneas: cui senatus dederat publice caufam, ut mihi, fratriq; meo gratias ageret: & simul, qui nos ea, quæ ad judicium pertinerent, doceret. Demonstrat, hanc itius confuetudinem ac rationem fuisse, cum omni frumenti copia decurmarum nomine penes istum esset redacta, solitum esse istum pecuniam cogere a civitatibus, frumentum improbare: quantum frumentum Romanum esset mittendum, tantum de suo quæstu, ac de sua copia frumenti mittere. Posco rationes: insipio litteras: video frumenti granum Halefinos, 4 quibus lxx. millia modiū imperata erant, nullum dedisse: pecuniam Volcatio, Timarchidi, scribæ dedisse. reperio genus hujusmodi, judices, prædæ, ut prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, sed vendat: pecunias, quas civitatibus distribuere debebat, eas omnes averat, atque auferat. Non mihi jam futurum, sed monstrum, ac prodigium videbatur: civitatum frumentum improbare suum probare: cum suum probasset, premium ei frumento confiueret: quod constituisset, id civitatibus auferre: 172 quod a populo Romano accepisset, tenere. Quot vultis esse in uno furto peccatorum gradus? ut si singulis insisteret velim, progreedi iste non possit. Improbas frumentum Siculum. Quid? ipse quod mittis? peculiatem habes aliquam Siciliam, qua tibi ex alio genere frumentum suppeditare possit? Cum senatus decernit, ut ematur in Sicilia frumentum, aut cum populus jubet: hoc, ut opinor, intellegit, ex Sicilia Siculum frumentum apparet sporiere. Tu, cum civitatum Sicilia vulgo omne frumentum improbas, num ex Aegypto, aut ex Syria frumentum Romanum mittis? Improbas Halefinum, Cephaleditanum, Thœmitanum, Amer-

stratinum, Tyndaritanum, Herbitense, multarum præterea civitatum. Quid accidit tandem, ut horum populorum agri frumentum ejusmodi, te prætore, ferrent, quod numquam antea, ut neque mihi, neque tibi, neq; populo Rom. posset probari, præsertim cum ex iisdem agri, ejusdemque anni frumentum ex decumis Romanam mancipes advesissent? quid acciderat, ut ex eodem horre decumum probaretur, emum non probaretur? Dibiumne est, quin ista omnis improbatio, cogende pecunia causa nata sit? Esto: fm. 73. probas Halefinum: habes ab alio populo quod probes. e me illud, quod placet: missis fac eos, quorum frumentum improbatis. Sed ab iis, quos repudiás, exigis tantum pecunia, quantum ad eum numerum frumenti fatis sit, quem civitati imperas. Dubium est quid egeris? In medimna singula video ex litteris publicis tibi Halefinos n. 5 quinos denos dedisse. Ostendam ex tabulis locupletissimum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidisse. Quia est ergo ista ratio, aut quæ potius amentia, frumentum improbare id, quod ex eo loco sit, ex quo sepatus & populus Romanus, emi voluerit: ex eo acervo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probabis: deinde a civitatibus pecunias, ad emendum frumentum, cogere, cum ex xratio acceperis? Utrum te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere a Siculis, ac populi Rom. pecunia frumentum ab Siculis emere jussit? Jam verò ab isto omnem illam ex xratio pecuniam, 174 quam his oportuit civitatibus pro frumento dari, luctuosa videtis, accipis enim n. 5 xv, pro medimno, tanti enim est illo tempore medimnum. 5 retines n. 5 xviii. Tantum enim est frumentum Siciliane ex lege xstimationum. Quid interest, utrum hoc feceris, an frumentum non improbaris, sed frumento probato, & accepto, pecuniam publicam tenueris omnem, neque quidquam ulli dissolvere civitati, cum xstimatione legis, ejusmodi sit, ut ceteri temporibus tolerabilis Siculis, te prætore etiam grata esse debuerit? Est enim modius lege n. 5 iii. xstimationis, fuit autem te prætore, & ut tu in multum epistolis ad amicos tuos glorias, n. 5 ii. Sed fuerit n. 5 iii. quoniam tu tantum a civitatibus in modis singulos exegisti. cum, si solveres Sicilis, tantum, quantum te populus Romanus, iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset: tu non modò eos accipere quod oportebat, nolusti: sed etiam dare, quod non debabant, cogisti. Atque hac ita gesta esse, judices, cognoscete & ex litteris publicis civitatum: & ex testimoniosis publicis: in quibus nihil siculum, nihil ad tempus accommodatum intelligetis. Omnia, quæ dicimus, rationibus populorum & non interpositis, neque perurbatis, neque repentinis, sed certis, institutis, ordine relata, atque concocta sunt. Recita rationes Halefinorum. Cui pecuniam datam dicit? dic etiam clarius. VOLCATIO, TIMARCHIDI, MÆVIO. Quid est, Verres? ne illam quidem tibi defensionem reliquam fecisti mancipes in iis rebus esse veratos? mancipes frumentum improbaris? mancipes pretium cum civitatibus decidis? & eossem abste illarum civitatum nomine pecunias absulisse: deinde ipsos sibi frumentum coemisse: nihil hæc ad te pertinet? Magna mehercule, ac mijera defensa, prætorem hoc dicere. Ego frumentum neque attigi, neque adspexi: mancibus potestatem probandi, improbandique permisit: mancipes a civitatibus pecunias extorserunt: ego autem, quam pecuniam populis date

1. Ut cum Senatus publicanus usura sepe juvisset, &c. 2. Vbi cum nihil sit illud prædere usura, scribendum puto: versaria sepe juvisset, id est, multo & quidem gratuito, nam versaria mutuum sive gratuitum, sive fænebre Græca, de Seffertiis pag. 614.

2. Minus est unus judicis.] Ira Manut. & Lambinus: at in aliis: edd. verbum præterea, mino est coram unis, &c. quod & in Pall.

3. Obsequiū judicis.] Nannii exemplar, & hec & alibi sibi, obser-

pai, quod admisit Lambinus.

4. Quibus lxx. millia modiū. 5. Nannius, sexagesima millia, ex eodem codice, supra refixi. A Eniā in Aeneas.

5. Retines H-S. xviii.] Est ab Hotomano, nam vulgo, xii. Nannii milli. xxii. non hec modo, sed iterum infra.

6. Ut tu in mulcio, Lamb. ut tu in mulcio, &c. Al. ut ita in mulcio, &c.

7. Non interpositi, Lamb. intrusis invitis libris lauum interpolatus.

L. scripsi

176 dare debui, mancipibus dedi. Mala est hæc quidem, ut dixi, defensio criminis: sed tamen hac ipsa tibi, si uti cupias, non licet: veiat te Volcatius, tuus tuorumq; dilectorum, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columnam familiæ vestitæ, premis fauceis defensionis tuae: cui simul, & Volcatio pecunia à civitate numerata est. Jam vero scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inveniat, ista te ratione uti non sinet. Quid igitur est reliquum, nisi ut fatearis, te Romanum frumentum eum Sicularum pecuniam misisse: publicam pecuniam domum tuam convertisse? O CONSVENTUO pecandi, quamvis habes iurisdictionem in improbris, & audacibus, cum poena absuit, & licentia consecrata est! Iste in hoc genere peculatus non nunc primum invenitur: sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab arario pecuniam numerari questiori ad sumnum exercitus consularis: vidimus paucis post mensibus & exercitum & consulem spoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam temp. tum occupaverant. Iterum gesuit hereditariam quæsturam cum Dolabellis: magnam pecuniam avertit: sed ejus rationem cum damnatione Dolabellam permisit. Commisla est pecunia tanta prætori, non periret hominem timide, nec leviter hæc improbissima lucta ligurientem, devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. Ita SERPIT ILLUD infirmum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem ut audacia statuere ipse sibi non possit. Teneratur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videbat diuinatus incidisse, non solum ut eas penas, quas proxime meruisse, solveret: sed ut illa etiam sceleris ejus in Carbonem, & in Dolabellam vindicaretur. Etenim nova quoque alia res exstitit, judices, in hoc crimine, qui tollat omnem dubitationem superioris illius decumani criminis. Nam, ut illud missum faciam perniciosos aratores in alteras decumas, & in hoc 10. ccc millia modium, quod emum populo Romano darent, non habuisse: sed à tuo procuratore, hoc est ab Apronio emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratores reliqui fecisse: ut hoc præteream, quod in multis est testimonis expositorum: poret illo quidquam esse certius, in tua potestate, atque in tuis horreis omne frumentum Sicilie, per triennium, atque omnem fructus agri de 179. cumani fuisse? Cum enim à civitatibus pro frumento pecuniam exigebas, unde erat frumentum, quod Romam mitteres, si tuid non omne clausum, & compressum possideas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quassus fuit, ipsius frumentum, quod erat eruptum ab aratoribus: alter, quod id frumentum improbissime per triennium partum, non semel, sed bis: neque uno, sed duobus pretiis, unum & idem frumentum vendidisti: semel civitatibus n-s xv, in medionum: iterum populo Romano, à quo n-s xviiii, in mediana: pro codi illo frumento abstulisti. At enim frumentum Centuripinorum, & Agrigentinorum, & non nullorum fortasse præterea probasti, & his populis pecuniam dissolvesti. Sint aliquæ civitates in eo numero, quarum frumentum improbare nolueris. quid tandem? his civitatibus omnino pecunia, qua pro frumento debita est, dissoluta est? Unum mihi reperi, non populum, sed aratorem: vide, quare, circumspice: si quis forte est ex ea provincia, in qua tu triennium praefuisti, qui te nos perisse: unum, iquam, da milii ex illis aratoribus, qui tibi vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicar profrumento omni esse, quod oportuerit, solutum, confiso, judices,

neminem esse dicturum. Ex omni pecunia quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum pro spectatione, & collybo: deinde prænicio quo ceratio. Hæc omnia, judices, non rerum certarum, sed futurorum improbissimum sunt vocabula. nam collybus esse qui potest, cum utantur omnes uno genere nummorum? cerarium vero quid? quomodo hoc nomen ad rationes magistratus, quomodo ad pecuniam publicam allatum est? Nam illud genus terrum deductionis erat ejusmodi, quasi non modo licet, sed etiam oportet: nec solum oportet, sed plane necesse est. Scriba nomine de tota pecunia binæ quinquagesima detrahebantur. Quis tibi hoc concessit? quæ lex? quæ senatus auctoritas? quæ porrò equitas, ut tantam pecuniam i scriba tuus averteret, sive de aratorum bonis, sive de populi Rom. vestigalibus? Nam si potest ista pecunia sine aratorum injuria detrahit: populus Rom. habeat, præsertim in tantis ararii angustiis. Sin autem & populus id voluit, & æquum ita est, solvi aratoribus: tuus apparitor parva mercede populi conductus, de aratorum bonis prædabitur? & in hac causa scribarum ordinem in me concitat Hortensius? & eorum commoda à melabefactari, 2 atque oppugnari injuria dicet? quæ verò hoc scribit uero exemplo sit, aut ullo iure concessum. Quid ergo vetera repetant? aut quid eorum scribarum mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atque innocentissimos fuisse? non me fugit, judices, vetera exempla pro fictis fabulis jam audiri, atque haberi. in his temporibus versabor miseris, ac perditis. Nuper, Hortensi, quæstori fuisti, quid tui scriba fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cum in eadem ista Sicilia pro frumento civitatibus pecuniam solverem, & mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Mamilius, & L. Sergius: non modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nullum cuiquam esse deducum. Dicerem, hoc mihi totum esse attribendum, judices, si illi umquam à me hoc postulasset. si umquam omnino cogitascent. Quamobrem enim scriba deducat, ac non potius 3 milio, qui ad vexit? tabellarius, cuius adventu certiores facti periurunt? 4 prece, qui abiit iustit 3 viator, ac Venerius, qui fiscum sustulit? quæ pars operæ, aut opportunitatis in scriba est? cur ei non modo merces tanta detur, sed cur cum eo tantæ pecunia partitio fiat? Ordo est honestus. Quis negat? aut quid ea resad hanc rem pertinet? si vero honestus, quid eorum hominum fidei tabula publica, 5 periculosa magistratum committitur. Itaque ex his scribis, qui digni sunt illo ordine, 6 patribus familias, viris bonisque atq; honestis, percontaminati, quid sibi istæ quinquagesima velint. jam omnes intelligitis: novam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me scribas revoca, si placet: noli hos colligere, qui nummuli corrogati 7 & de nepotum donis, ac de scenicorum coriolaris, cum decuriam emerunt, ex primo ordine exploforum in secundum ordinem civitatis se venisse dicunt. Eos scribas tecum disceptatores hujus criminis habebō, qui istos scribas esse molestè ferunt. Tametsi cum in eo ordine videamus esse multos non idoneos, qui ordo industria propositus est, & dignitati: mirabilis, turpe aliquis ibi esset, quod curia licet pretio pervenire? Tu ex pecunia publica n-s tredecies scribam tuum permisum tuum abstulisse fateare, reliquam tibi ullam defensionem putas esse? hoc ferre quemquam posse? hoc quemquam denique nunc quoniam advocatorum animo atque audire arbitrare?

1. Scriba tuus averteret.] A Nanniano est: vulgo afferret.

2. Atque oppugnari iura dicunt?] Hoc modo Nannianus, minus recte publicari prius iuraverat.

3. Nullus qui adverterit.] Sic Pall. neque aliter serere add. vett. vulgariter adduxerit.

4. Peccat qui aliore yefficit.] Sic Pall. aut edd. antiquæ; nam neoterica recuperunt Horomiani adesse nostræ scripturæ alludit etiam Nann.

in quo adire, quod malum.

5. Periculosa magistratum.] Vide Horomanum lib. III. Observation. cap. 20. & 29.

6. Patribus familias.] Præficiatus citat Patriam filii libro vi.

7. De nepotum donis.] Manavit ab Horomani editione gallicis leonis, quibus respondent Pall.

trare? qua in civitate C. Catoni, clarissimo viro, consulari homini, n-s xviii milibus lis astimata sit; in eadem civitate apparitor tuo esse concessum, ut n-s uno nomine 182 tredecies auferret? Hinc ille est anulus aureus, quo tu istum in concione donasti; qua tua donatio singulari impudentia praedita, nova Siculis omnibus, mihi vero etiam incredibilis videbatur. Sape enim nostri imperatores, superatis hostibus, optimè rep. gesta scribas suos anulis aureis in concione donarunt. Tu vero quibus rebus gestis, quo hoste superato, concionem, donandi causa, advocate auctor es? Neque enim solum scribam tuum anulo, sed etiam virum fortissimum, ac tui dissimilatum, Q. Rubrium, excellentem virtute, auctoritate, copiis, corona & phaleris, & torque donati: M. Cosslutum, sanctissimum virum, atque honestissimum: M. Castritum, summo splendore, ingenio, gratia praeditum. Quid huc sibi horum trium ci-vium Romanorum dona voluerunt? Siculos praeterea, potentissimos, nobilissimosque donasti, qui non, quemadmodum sperasti, tardiores fuerunt: sed orationes tuo iudicio ad testimonia dicunda venerunt. Quibus ex hostium spoliis? de qua victoria? qui ex præda, aut manubiosis, hac abs te donatio constituta est? an quod te prætore, paucorum adventu myoporum, classis pulcherrima, Sicilia propugnaculum, praesidiumque provinciae, piratarum manibus incensa est? an quod ager Syracusanus prædonum incendiis, te prætore, vastatus est? an quod forum Syracusanum navarchorum sanguine redundavit? an quod in portu Syracusano pitatus myoparo nayigavit? Nihil possum repetire, quamobrem te in istam amentiam incidisse arbitris: nisi forte id egisti, ut hominibus non obliuisti qui 186. dam rerum warum male gestarum licet? Anulo est aucto scriba donatus, & ad eam donationem concio est advocata. Quod erat ostuum, cum videbas in concione eos homines, quorum ex bonis iste anulus aureus donabatur, qui ipsi afflitos aurores pouerant. liberisque detraherant, ut essent unde scriba tuus hoc tuum munus, ac beneficium tueretur? que porro prefatio tua donationis fuit? Illa scilicet verus, atque imperatoria? QUANDO TV QVIDEM IN PROELIO, IN BELLO, IN RE MILITARI: cuius ne mentio quidem, te prætore, illa facta est: an illa? QUANDO QVIDEM TV NILLA VMQVAM MIHI IN CUPIDITATE, AC TURPITUDINE DEFIVISTI: OMNIRVSQUE IN IISDEM FLAGITIIS MECVM ET IN LEGATIONE, ET PRÆTURA, ET HIC IN SICILIA VERSATVS ES: OR HASCE RES, QVONIAM TB LOCVPLETAVI, HOC ANVLQ AVREO DONO. Vera haec fuisset oratio, non enim iste anulus aureus ab te datus, istum virum fortis, sed hominem locupletem esse declarat. Ita cundem anulum ab alio datum, testem virtutis duceremus: abs te donatum, comitem penitentia judicamus. Dictum, judices, est de decumano frumento: dictum de emto, extremum, & reliquum est, de astimato, quod cum magnitudine pecunia, tum injuria genere, quemvis debet commovere: tum vero eo magis, quod ad hoc crimen, non ingeniosa aliqua defensio, sed improposita confessio comparatur. Nam cum ex S. C. & ex legibus frumentum ei in caelam sumere licet: idque frumentum senatus ita astimasset, quaternis n-s tritici modium; binis, hordei: iste, numero ad summanum tritici adjecto, tritici modios singulos cum aratoribus denariis ternis astimavit. Non est in hoc crimen, Hortensi: ne forte ad hoc meditere: multos saxe viros bonos, & fortes, & innocentis cum aratoribus, & cum civitatis frumentum, in caelam quod summi oportet, astimasse, & pecu-

niam pro frumento abstulisse. Scio, quid soleat fieri: scio, quid licet: nihil, quod ante fuerat in consuetudine hominum, nunc in istius facto reprehenditur. hoc reprehendo, quod, cum in Sicilia n-s tritici mod. esset, ut istius epistola ad te missa declarat, summum n-s ternis: id quod & testimonii omnibus & tabulis aratorum planum faciuntur: est: tum iste pro tritici modis singulis tenos ab aratoribus denarios exegit. Hoc crimen est, ut intelligas, non ex astimatione, neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex caue & me anima, atque astimationis. Etenim huc astimatione nata est, judices, initio non ex prætorum, aut consulum, sed ex auctoribus, atque civitatum commando. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui, cum frumentum deberetur, pecuniam posceret, certe hoc ab auctore primum est profectum, aut ab ea civitate, cui impetrabatur: cum aut frumentum vendidisset, aut servare vellet, aut in eum locum, quo imperabatur, portare vollet: perivit in beneficiis leto, & gratia, ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare licet. Ex hujusmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione magistratum, consuetudo astimationis introducta est. Secuti sunt avariores magistratus: qui tandem in avitatis sua non solum viam quæstus invenerunt, verum etiam rationem, & defensionem. Influerunt semper ad ultima, ac difficillima loca ad portandum frumentum impetrare: ut vestrum difficultate, ad quam vellent, astimationem, pervenirent. In hoc genere faciliore est astimatio, quam prehensio: ideo quod eum, qui hoc facit, avarum possumus existimare: crimen in eo continuere non tam facile possumus: quod videtur concedendum magistris nostris esse, ut iis, quo loco velint, frumentum accipere licet. Itaque hoc est, quod multi fortasse fecerunt: & ita muli, ut illos, quos innocentissimos meminimus, aut audivimus, non fecerint. Quatio nunc à te, Hortensi, cum utris tandem istius factum collaturus es? cum iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium, & gratiam civitatis concederent, ut numeros pro frumento darent. Ita credo, petuisse ab isto aratoris, ut, cum n-s ternis tritici modium vendere non possent: pro singulis modiis, ternos denarios dare licet. An, quoniam hoc cum non aedes dicere, illuc con fugies, vestrum difficultate adductos, ternos denarios dare maluisse? Cujus vestrum? quo ex loco, in quem locum non portarent? Philomelione Ephesum? Video, quid inter annonam interesse soleat: video quot dierum via sit: ideo Philomelionibus expedire, quanti Ephesi sit frumentum, tantum dare potius in Phrygia, quam Ephesus portare, aut ad emendum frumentum Ephesum pecuniam, & legatos mittere: In Sicilia vero quid eiusmodi? Enna, me 191 diterranea est maxime: eoge, ut ad aquam tibi, id quod summi juris est, frumentum Ennenses metiantur: vel Pictiam, vel Halestanum, vel Catinam, loca inter se maximè diversa, eodem die, quo iussisti, deportabant, tametsi ne vertura quidem opus est. Nam totus quæstus hic, judices, astimationis, ex annona natus est: varietate: hoc enim magistratus in provincia assequi potest, ut ibi accipias, ubi est carissimum. ideo valet ista ratio astimationis in Asia: valet in Hispania: valet in his provinciis, in quibus unum pretium frumento esse non solet. In Sicilia vero quid eu- quam interterat, quo loco daret? neque enim portando in erat: & quo quisque rehere jussus esset, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset. Quamobrem si quid, Hortensi, docere vis, aliquid ab isto simile, in astimatione, atque a ceteris esse factum: do-

^{1.} Defensio. Influerunt semper [c.] Res in distinctionem Laminis, quamvis non improbum prius vulgatam, defensione insisterunt. Semper ergo eodem enim res reddit.

^{2.} Et ita muli, ut si quae innocentissimi mem. aut audiri vixit.

binus sit fuisse in Fabr. & duabus aliis membranis, quae mem. aut vidimus, sine ullo innocentissimi, non auctor sit sequi, contra neferos Pall. omnemque editionem, haud refrager tamen admittere, sed ita multa. Cf. 44.

reas oportet, aliquo in loco Siciliz, prætore Verre, ternis denariis tritici modium ruisse. Vide, quām tibi defensio nē patefecerū; quām iniquam in locis, quām remotam ab utilitate recipū; quām se iunctam à voluntate, atque sententia legis. Tu, cū tibi ego frumentum in meis a grīs, atque in mea civitate; denique cum in iis locis, in quibus es, versaris, rem geris, provinciam administras, pa ratus sim dare, angulum mīhi aliquem eligas provinciæ, re conditum, ac deselictum? jubeas ibi me mitri, quo por trare non expedit? ubi emere non possum? Improbū facinus, judices: non ferendum, nemini lege concessum, sed fortasse adhuc in nullo etiam vindicatum, tanq; ego hoc, quod ferri nego posse, Verri, judices, concedo, & lat glor. Si ullo in loco ejus provincia frumentum tanti fuit, quanti iste estimavit, hoc crimen in istum tecum valere oportere non arbitror. Verum enim verò cū esset n-s binis, aut etiam ternis, quibutvis in locis provincia, duodenos festertos exegisti. Si mihi tecum neque de an nona, neque de estimatione tua potest esse controversia, quid sedes? quid expectas? quid defendes? Utrum tibi pecunia conciliata videntur aduersum leges, adversum tempubl. cum maxima sociorum injurya: an verò id recte, ordine, è rep. sine cuiusquam injurya factum esse defendes?

195 Cū tibi senatus ex arario pecuniam promisset, & singulis tibi denariis adnumerasset, quos tu pro singulis modiis aratoribus solveres: quid facere debuisti? Sf, quod L. Piso ille Frugi qui legem de pecuniis repetundis primus tulit: cū emissem, quanti esset: quod superaret pecunia, rebūs. si, ut ambitiosi homines, aut benigni: cū pluris senatus a sūmasset, quām quanti esset annona: ex senatus estimatione, non ex annona ratione, solvisses, sīn, ut plerique faciunt, in quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus, atque concessus: frumentum, quoniam vilius erat, ne emisles: sumissis id nummorū, quod tibi senatus, cælla nomine, concederat. Hoc verò quid est? quam habet rationem, non quārō equis tu, sed ipsius improbitatis, atque impudentiæ? NEQ; ENIM EST ferè quidquam, quod homines palam facere audirent in magistratu, quāmvis improbi, quin ejus facti, si non bonam, aliquam rationem afferre tolent, hoc quid est? Venit prator: frumentum, inquit, me abs te emere oportet. Optimè. Modum denario. Benignè, ac liberaliter. nam ego tribus n-s non possum vendere. Mīhi frumento non opus est: nummos volo. Nam speraveram, inquit arator, me ad denarios perverturn: sed, si ita necesse est, quanti frumentum sit, confidera. Video esse binis n-s. Quid ergo à me tibi nummorū dari potest, cū senatus tibi 2 quaternos n-s dederit? Quid poscas, attendite & vos, quādo, simul, judices, æquitatem pratoris attendite. Quaternos n-s, quos mihi senatus decrevit, & ex arario dedit, ego habeo, & mīfam transferam ex sūcio. Quid postea? quid? pro singulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos n-s dato. Quā ratione? Quid quāris rationem? non tantam rationem res habet, quantum utilitatem, atque prādam. Dic, dic, inquit ille, planius. Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri, tu eos nummos, quos mihi senatus dari voluit, ipse habebis; à me, cui singulos denarios dari oportet, binos auferis? & huic prædicta ac direptioni, cælla nomen imponis? Hac deerat injuria, & hæc calamitas aratoribus, te prætore, quā reliqui fortunis omnibus everterentur. nam quid esse reliqui poterat ei, qui per hanc injuriam non modo frumentum

omne amittere, sed etiam omne instrumentum vendere cogetur? Quòd enim se veiret, non habebat. ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inveniret: Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Aproni: pro alteris decumis, emtoque frumento, aut nihil datum, aut tantum datum, quantum reliqui scriba fecerat, aut ultrò etiam (id quod didicistis) ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore? quomodo? quo jure? quo exemplo? Nam, cum fructus discripabantur aratorum, atque omni lacerabantur injurya: videbatur id perdere arator, quod aratio ipse quæstisset, in quo elaborasset, quod agri iegetesque exculsisset. Quibus injuryis gravissimis 195. tamen illud erat miserum solatum, quod id perdere videbatur, quod alio prætore, codem ex agro reparare posset. Nummos verò, ut daret arator, à quos non arato, ac manu quærit, boves, & aratum ipsum, & omne instrumentum vendat, necesse est. Non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet idem in urbanis prædiis, nam cū aratori onus aliquod imponitur, NON OMNES, si que sunt præteca facultates, sed arationis ipsius vis, ac ratio consideranda est; quid ea sustineat, quid pati, quid efficeri possit, ac debeat. Quanquam illi quoque sunt homines ab isto omni ratione exinaniti, ac perdit: tamen hoc vobis est statuendum, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in rep. fungi, ac sustinere velitis. Imponitis decumas: patiuntur. alteras: temporibus vestris servendum putant, deinceps emtum preterea, dabunt, si voletis. Hæc 200. quam sint gravia, & quid, his rebus detractis, possit ad dominos puri, ac reliqui pervenire, credo vos ex vestris rebus ruficis conjectura allegui posse. Addite nunc eodem istius edicta, instituta, injurias: addite Aproni, Veneriorumque servorum, in agro decumano regna, ac rapinas. Quanquam hæc omittit: de cælla loquor. Placente vobis, in cællam magistratus nostris frumentum Siculos gratis date? quid hoc indignus? quid iniquius? atqui hoc scitote, aratoribus, hoc prætore, optandum, ac petendum tuis. Sofistimus est Entellinus, & homo cum primis prudens, & domi nobilis: cuius verba auditis: qui ad hoc judicium legatus publice cum Arthemone, & Menisco, primariis viris, missus est. Is cū in senatu Entellino multa mecum de istius injuryi ageret, hoc dixit: si hoc de cælla, atq; hac estimatione concederetur, vellet Siculos senatus politici frumentum in cællam gratis, ne poñat tantas pecunias magistratus nostris decerneremus. Per. 201. spicere vos certò scio, Siculis quantopere hoc expediat, non ad æquitatem conditionis, sed ad minima malorum eligenda. nam, qui milie modium Verri sua partis in cællam gratis dedisset, duo milia nummū, aut summum tria dedisset: idem nunc pro codem numero frumenti n-s VIII. milia dare coactus est. hoc arator assequi per triennium, & certe fructu suo, non potuit; vendiderit instrumentum, necesse est, quod si hoc munus, & hoc vestigial aratio tollare, hoc est, Sicilia ferre, ac pati potest: populo Romano ferat potius, quam nostraris magistratus. Magna est pecunia: magnum, præclarumque vestigial. si modò id salva provincia, si sine injurya sociorum percipere possit: nihil detraho. Magistratus tantundem detur in cællam, quantum semper datum est: quod præterea Verres imperat, id, si facere non possunt, recusent, si possunt, populi Romani potius hoc sit vestigial, quam præda prætoris. Deinde cur in 202. uno genere solo frumenti ista estimatione constituitur? Si est aqua & ferenda: & debet populo Romano Sicilia decumas.

1. Non speraveram, aquis arator. I] Ita Manutianus omnes, firmaque exemplis Horatianus, nam notare aspi.

2. Quatuum H-S dedit. J] Vulg. annos; sed alterum est in cod. Nani. ejusdem auctoritate statim duplicavi; Dic, dic.

3. Quis non arato a manu quærit. J] Nanius, grec. nō: exarata præmitur; id si recipimus delenda subsequenda.

4. Homo cum primis prædictis. J] Sic Fabricianus, alijs editiones interfuerant, eratatis, ejusdem libri sive mox fixi, ad agitatem cœsissem, pro vulgato, aequaria cœdissem.

5. Ceteri fructus. J] Haud aliter Pall. & Fabr. alias cœsi, cetero fructus.

6. Dicit populus Rom. J] Illud debet additum ex Fabriciano. ceteri uocabunt.

det. pro singulis tritici modiis ternos denarios: sibi habet frumentum. Data tibi pecunia est. Veres: una, qua frumentum tibi emeres in cellam; alia, qua frumentum emeres a civitatibus, quod Romanum mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines: praterea pecuniam perinagnam tuo nomine auferas. fac idem in eo frumento, quod ad populum Romanum pertinet. exige eadem affirmatione pecuniam a civitatibus, & refer, quam acceperisti, tum refer: 203. tuis erit exarium populi Romanum quam unquam fuit. At enim istam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo frumento tulit. Poinde quasi aut equior sit ista estimatione in tuo, quam in populi Rom. commodos: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu fecisti, inter se genere injuria, non magnitudine pecunia differat. Verum istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt ut omnia remittantur, ut omnibus injuriis, & calamitatibus, quas te prætore tulerint, in posterum liberentur; istam se cellam, atq; istam affirmationem negant se ulio modo ferre posse.

204. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompejum Co. super, homo discretissimus, & omni doctrina, & virtute ornatus, pro tota Sicilia de aratorum miseriis grativiter, ac copiose dixisse, ac deplorare dicatur. ex quibus hoc iis, qui adera: t, (nam magno conventu acta res est) indignissimum videbatur: qua in re senatus optimae, & benignissime cum aratoribus egisset, largè, liberaliterque assistasset, in ea re prædari prætorem bonis eventi aratores: & id non modo fieri, sed ita fieri, quasi lucrat, concessionem quoque sit. Quid ad hoc Hortensius? salutem esse crimen? Hoc numquam dicit. Non magnam hac ratione pecuniæ capiam? Ne id quidem dicit. Non injuriam factam Siculis, atque aratoribus? Qui poterit dicere? Quid igitur dicit? Fecisse alios, quid est hoc? Utrum criminis defensio, non comitatus exilio queratur? Tu in hac repub. in hac hominum libidine, & (ut adhuc habuit se status judiciorum) etiam licentia, non ex jure, non ex aquitate, non ex lege, non ex eo, quod oportuerit, non ex eo, quod licuerit; sed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehenditur, recte factum esse defendes? Fecerunt alii alia quam multa: cui in hoc uno crimen isto genere defensionis uteris? Sunt quædam omnino in te singularia, qua in nullum alium hominem dici, neque convenire possint: quædam tibi cum multis communia. Ergo, omittam tuos peculatus, ut ob jus dicendum pecunias acceptas, ut ejusmodi cetera, qua forsitan alii quoque etiam fecerint: illud, in quo te gravissimè accusavi, quod ob judicandam rem pecuniæ acceperisti, eadem ista ratione defendes, fecisse alios? Ut ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim, id damnato, ceteris argutior locus improbitatis defendenda relinquetur, quam te absoluto, alii, quod audacissime fecerunt, recte fecisse existimantur. Lugenit omnes provincias: queruntur omnes liberi populi: regna denique jam omnia de nostris cupiditatibus, & injuriis expostulant: locis intra Oceanum jam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quod non, per hæc tempora, nostorum hominum, libido, iniquaque pervaferit. Sustinere jam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lacrymas, querimonias non potest. In ejusmodi re, ac moribus, si is, qui erit ad ductus in judicium, cum manifestis in flagitiis tenebitur, alios eadem fecisse dicet: illi exempla non deerunt: reipub. salus deerit, si improborum exemplis improbi judicio ac 205. periculo liberabuntur. Placent vobis hominum mores? placet ita geri magistratus, ut geruntur? placet socios si

tractari, quod restat, ut per hæc tempora tractatos videtis? Cur hac à me opera consumutus? quid sedetis? cur non in media oratione mea consurgitis, atque disceditis? Vultis autem istorum audacias, ac libidines aliqua ex parte refutare? Definite dubitare, utrum sit **UTILIVS**, propter multos improbos uni parceret, in unius improbi supplicio mulorum improbitatem cœdere. Tametsi quæ ista sunt exempla multorum? nam cum in causa tanta, cum in crimine maximo, dici à defensore cœptum est, factitatum esse aliquid: expectant ii, qui audiunt, exempla ex vetere memoria, & monumentis, ac litteris, plena dignitas, plena antiquitas. Hac plutimum solent & auctoritatis habere ad probandum, & iudicandis ad audiendum. Africanos mihi, & Catones, & Lætios commemorabis? & eos fecisse idem dices? quamvis res mihi non placeat: tamen contra hominum auctoritatem pugnare non potero. An, cum eos non poteris, profetes hos recentes, Q. Catulam patrem, C. Marium, Q. Scævolam, M. Scævulum, Q. Metelium? qui omnes provincias habuerunt, & frumentum cellæ nomine imperaverunt. magna est hominum auctoritas, & tanta, ut etiam delicti suspicionem tegere possit. Non habet ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, ultimæ auctoritatem istius affirmationis. Quod me igitur, aut ad quæ exempla revocas? Ab illis hominibus, qui tum versati sunt in repub. cum & optimi mores erant, & hominum existatio gravis habebatur, & judicia severa siebant, ad hanc hominum licentiam, & libidinem me abducis? & in quos aliquid exempla populus Romanus statui putat portere, ab iis tu defensionis exempla queris? Non lugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quæ probat populus Romanus exempla, non es, quæ condonat, equum. Non circumspiciam, & non quæram foris, cum habeas judices, principes civitatis, P. Servilium. Q. Catulum, qui tanta auctoritate sunt, tantis rebus gestis, ut in illo antiquorum, & clarissimorum hominum, de quibus antea dixi, numero reponantur. Exempla quærimus, & ea non antiqua, modo utique horum, exercitum habuit. Quare, Hortensius, quoniam te recentia exempla delectant, quid fecerint. Itane vero? Q. Catulus frumento est usus, pecuniam non cogit. P. Servilius quinquennium exercitui cum praefset, & ista ratione innumereabilem pecuniam facere posset, non statuit sibi quidquam licere, quod non patrem suum, non avum Q. Metelium facere vidisset. C. Verres reperitur, qui, quasi expediat, id licere dicat & quod nemo, nisi improbus, fecerit, id aliorum exemplo se fecisse defendat? At in Sicilia factitatum est. Quæ est ista conditio Sicilia? cur quæ optimo jure, propriæ vetustatem, fidelitatem, propinquitatem esse debet, huic præcipua lex injuria definitur? Sed in ista ipsa Sicilia, non quæram exemplum foris: hoc ipso ex consilio utar exemplis. C. Marcelli te appello. Sicilia provinciae, cum esses pro consule, præfueristi: num quæ in tuo imperio pecunia, cellæ nomine, coacta sunt? neque ego hoc in tua laude pono. alia sunt tua facta, atque consilia, summa laude digna: quibus illam tu provinciam affligisti & perditas erexisti, atque recceasti: nam hoc de calamine Lepidus quidem fecerat, cui sucessisti. Quæ sunt tibi igitur exempla in Sicilia cellæ? si hoc crimen non modo Marcelli facto, sed ne Lepidi quidem potes defendere? An me ad M. Antonii estimationem frumenti, exactiōnem, que pecunia revocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonii. hoc enim mihi significasse, & annuisse visus est. Ex omnibus igitur populi Romani & prætoribus, proconsulibus, imperatoribus, M. Antonium delegasti, & ejus unum impro-

^{1.} Manifestus in flagitiis remittitur.] Gulielmus accedit eis, qui abijunt prepositionem in, recte, sed tamen nihil vetat eam retinere.

^{2.} Non quæram frīs, cum habetas judices principes, &c.] Lambin. frīs.

habes judices, nescio an ē scripto: inter am reperio in Pal. sec. & vett. od: non quæram foris, habentes judices tuum principes; nam prim. hollibus.

^{3.} Prætoribus pre consilione. &c.] Est à Nauniano, ex eius consilione.

improbissimum factum, quod imitareret? Et hic utrum mihi difficile est dicere, an his existimare, ita se in illo *infras* imperio M. Antonium gelisile, ut multo isti perniciosest sit dicere. Se in re improbissima voluisse Antonium imitari, quam si defendere possit, nihil in vita se M. Antonii simile fecisse. Homines in judicis ad crimen defendantur, non, quid fecerit quispiam, proferte solent, sed quid proberit, Antoniam, cum multa contra socrorum salutem, & multa contra utilitatem provinciarum & faceret, & cogitaret, in mediis ejus in iuris & cupiditatibus mors oppresset. Tu mihi, quasi ejus omnia facta, atque consilia S. P. Q. R. judices comprobant, ita M. Antonii exemplo istius audierat, etiam defendis. At idem fecit Sacerdos. Hominem innocentem, & summa prudentia praeeditum nominas; sed tum idem fecisse erit existimandus, si eodem consilie fecerit. Nam genus astimationis ipsum, à me numquam est reprehensum: sed ejus & quitas, aratorum commodo, & voluntate perpenditur. Non potest reprehendi illa astimatione, quæ aratori non modo incomoda non est, sed etiam grata est. Sacerdos, ut in provincias venit, frumentum in cellam imperavit. 3 Cum esset, ante novum, critici modus denariis quinque; petiverunt ab eo civitates, ut astimaret. reanius aliquo ejus fuit astimatione, quā annona, nam astimavit denariis 111. Vides, eadem astimatione, proper temporis dissimilitudinem, in illo laude causam habere: in te, criminis; in illo, beneficii: in te, injuriae? Eodem tempore Antonius 111. denariis astimavit, post messem, summa in vilitate, cum aratores frumentum dare gratias malebant, & ajebat, se tantidem astimasse, quanti Sacerdotem: neque mentiebatur: sed eadem ista astimatione, alter sublevarat aratores, alter everterat. Quod nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset, & annona, non ex numero, neque ex summa, consideranda: numquam tam gratias sibi sequimodii. Q. Hortensi, suissent: quo tu cū ad mensura tam exigua rationem populo Rom. in capita descripsisti, gratissimum omnibus fecisti. caritas enim annona faciebat, ut iūc, quod te parvum videbatur, tempore magnum videretur. Idem istuc si in vilitate populo Rom. largiri voluisse: derisum tuum beneficium esset, atque contumium. Noli igitur dicere, istum idem fecisse, quod Sacerdotem: quoniam non eo tempore, neque similis fecit annona, dico potius, quoniam habes auctorem idoneum, quod Antonius uno adventu, & vix mensbris cibaris fecerit, id istum per triennium fecisse: & istius innocentiam M. Antonii factō, atque auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Pæduceo, fortissimo, atque innocentissimo viro, quid dicetis? de quo quis umquam arator questus est? aut quis non ad hoc tempus innocentissimum omnium, diligenter insummam praturam illius hominis existimavit? Biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. num aut in vilitate numerum arator quisquam dedit: aut in caritate de astimatione frumenti quetus est? At uberiora cibaria satis sunt caritatis. Credo: neque id est novum, neque reprehendendum. 27. modis C. Sentium vidimus, hominem vetere illa, ac singulari innocentia præditum, propter caritatem frumenti, quæ fuerat in Macedonia, per magnam ex cibariorum pecuniam deportare. Quamobrem non ego in video tuis commodis, si qua ad te legem venirent: injuriam queror, improbitatem coaguo: avaritiam in crimen, & in judicium voco. Quod si suspicione in iure voletis, ad plureis homines, & ad plures provincias crimen hoc pertinet: non ego istam defensionem vestram peccatum, sed me omnium provinciarum, & in quod probat. Ita Lambinus, & non improbante Motomanus, vulgata, probabat; cui & suis sane sensus, sua vis. 2. *Mala contra virtuta em.* Est à Mann. item Pall. nū quod ii, voluntas, modis & in revo eius, sed debet rurbanur voce multa. 3. *Cum esset ante novum, scit ei medius denarius quinque.* Ita ferè Fabrianus, nam alia add. ob notis valde intricata.

ciarum defensorum esse profitebor. Etenim hot dico, & magna voce dico: *UBICVM QVÆ HOC FACTVM EST, IMPROBE FACTVM EST, QVICVM QVÆ HOC FECIT, SUPPLICIO DIGNVS EST.* Nam per deos immortales, videte, 218. judices, & proprie animis, quid futurum sit, multi magnas pecunias ab invitis civitatibus, atque ab invitis aratoribus ista ratione, calle nomine, coegerunt: (omnino ego neminem video, piater istum: fed do hoc vobis, & concedo, esse multos:) in hoc homine rem adductam in judicium videtis quid facere potestis? Utrum, cum judices suis de pecunia capta, conciliata, tantam pecuniam captam negligere: an, cū lex seorsum causa rogata sit, socrorum querimonias non audire? Verum hoc quoque vobis remitto, 219.

negligeat præterita, si vult: fed ne reliquias spes tuabetis, aquæ omnis provincias evertatis, id provide, ne avaritia, quæ antea occultis riteribus atque angustiis uti solebat, auctoritate vestra viam patescatis illustrem, atque latam. Nam si hoc probatis & si hoc licere, pecunias isto nomine capi, judicatis: certe hoc, quod adhuc nemo, nisi improbissimus, fecit, posthac nemo, nisi stultissimus, non faciet. *Improbi* sunt, qui pecunias contra leges cogunt: sed si, qui, quod licere judicatum est, præterit, Deinde, 220. judices, videte, quā in instantiis suis hominibus litentiam pecuniarum eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegerunt, erit absolutus: quaternos, quinos, denos denique, aut vicenos coget alius, quæ erit reprehensio? in quo primum *injuria*, gradu resistere incipiet severitas judicis? quouscunq; erit iste denarius, qui non sit ferendus, & in quo primum astimationis iniquitas, atque improbitas reprehendatur? non enim à vobis summa, sed genus astimationis erit comprobatum. neque hoc potestis judicare, ternis denariis astimare licere; denis non licere, ubi enim semel ab annona ratione, & ab aitorum voluntate res ad pratoris libidinem translatæ est, non est jam in lege, atq; in officio, sed in voluntate hominum, atque avaritia positus modus astimandi. Quapropter *Si vos semel* in judicando finem aquitatis, & legis transieritis: scitote, vos nullum ceteris in astimando finem improbitatis & avaritiae reliquise. Vide-

te igitur, quā multa simul à vobis postulentur. Absolvite eum, qui te fateatur maximas pecunias cum summa socrorum injuria cepisse, non est sat. Sunt alii quoq; plures, qui idem fecerint, absolvite etiam illos, siquii sunt: ut uno iudicio quā plurimos improbos liberetis. Ne id quidem sat is est, facite, ut ceteris posthac *idem licet*: licet. 5 At hoc patrum est. Permitte, ut licet, quanti quisque velit, tanti astimetur astimabit. Videtis iam profecto, judices, hac astimatione à vobis comprobata, neque modum posthac avaritiae cuiusquam, neque poenam improbitatis futuram. Quas ob res quid agis Hortensi? consul es designatus: pro-

vinciam lottitus es: de astimatione cum dices frumenti, sic te audiemus, quasi id, quod ab isto regule factum est defendes, te factum profiteare, & quasi, quod isti licitum esse dices, vehementer cupias tibi licere. Atqui si id licet, nihil est, quod puteris quemquam posthac commissurum, ut de pecuniis repetundis condemnari possit. Quantam enim quisq; concupiscentia pecuniam, tantam licet per excellē nomen astimationis magnitudine consequatur. At enim est quiddam, quod, etiam si palam in defendendo non dicit Hortensius, tam ita dicit, ut vos id suspicari, & cogitare possitis: pertinere hoc ad communum senatum: pertinere ad utilitatem eorum, qui judicent, qui in provinciis cum potestate, aut cum legatione se futuros aliquando arbitrentur. & Praetatos vero exstimas judices nos

4. *Simili fieri carina.* Vulgata, anno, sed alterum est à Nanniano congeratque antea Motomanus.

5. *At hoc patrum est.* Pal. sec. Ad huc nimis sententia requisite Adhuc patrum est, itaque nihil est, cur non deinde ita excudatur.

6. *Praetatos veterissimos.* Ita liber veteris Lambino landeri pueri.

habere, quos alienis pecunias concessuras putes, quo facilius ipsas peccatas liceat. Ergo id volumen populum Romanum id provincias, id socios, nationesque exteriores existimare, si senatores judicent, hoc certe unum genus infinita pecunia, per summam injuriam cogenda, nullo modo posse reprehendi? Quod si ita est, quid possimus contra illum praetorem dicere, qui quotidie templum tenet, qui tempore sublittere negat possit, ni ad equestrem ordinem judicium transferantur? Quod si ille hoc unum agitare coepit, esse aliud genus cogenda pecunia, senatorum commune, & jam proprie concessum ordino, quo genero ab sociis maxima pecunia i per summam injuriam avertatur: neq; ulla modo senatoris judicis reprehendit posse, idq; dum equiter ordo judicaret, numquam esse commissum: quis obstat? qui erit tam cupidus vestrum, tam sautor ordinis, qui de transferendis judicis possit recusare? Atque utinam posset aliqua ratione hoc crimen, quamvis falsa, modo humana, atq; utilita defendere, minore periculo vestro, minore pecunio provinciarum omnium, judicaretis. Negaretis hic testimonia se usum? vos id credidist homini, non factum comprobasse videremini, nullo modo negari potest; urgetur à tota Sicilia nemo est ex tanto numero aratorum, ruris quo pecunia calla nomine non sit exsita. Vellem etiam hoc posset dicere, nihil ad se itam rationem pertinere, per quatuor rem frumentariam esse administratam: ne id quidem ei licet dicere: propterea quod ipsius litterarum recitantur, ad civitates de terminis denatis missa. Que est igitur defensio? Feci quod argui: coegeri pecunias maxima calce nomine: sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicetus, licet. PERICULOSVM provinciis genus injuriarum confirmari iudicio: perniciosum nostrum ordinum, populum Romum existimat, non posse eos homines, qui ipsi legibus teneantur, leges in iudicando religiosi defendere. Atque isto praetore, iudices, non solum estimandi frumenti modus non fuit, sed ne imperandi quidem, neque enim id, quod debebatur, sed quantum commodum fuit, imperavit. Summam faciam vobis ex publicis litteris, & testimonios civitatum, frumenti in callam imperati reperiatis quinque tanto, iudices, amplius istum, quam quantum ei in callam sumere licitum sit, civitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiam addi potest, si & estimaverit tanti, ut homines ferre non possent, & tanto plus, quam erat ei concessum legibus, imperavit? Quapropter, cognita tota re frumentaria, judges, iam faciliter perspicere potestis, amissam esse populo Romano Siciliam, fructuissimam, atque opportunissimam provinciam, nisi eam vos istius damnatione recuperatis. Quid est enim Sicilia, si ei agri culti: ouem suffulitis, & si aratorum numerum, ac nomen extinxeris? quid enim potest esse in calamitate residui, quod non ad miseros aratores, isto praetore, per summam injuriam, ignominiamque pervenerit? quibus, cum decuma dare deberent, vix ipsis decumum reliquum sunt: cum pecunia deberetur, soluta non est: cum optima estimatione senatus frumentum eos in callam dare voluisse, etiam instrumenta agrorum vendere coacti sunt. Dixa jam antea, judges, ut has omnes ruris injurias tollatis, tamen ipsam rationem arandi frumentorum, & jucunditate quadam, quam fructu, atque emolumento temet, et enim ad incertum calum, & eventum, certus quotannis labor, & certus summus impenditur. annona porrò, pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet. si autem ubertas in percipiendi fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: ut aut male vendendum intelligas, si processis: aut male perceptos fructus, si recte licet vendere. Totu[m] autem RES RUSTICAS ejusmodi sunt, ut eas non ratio, neq; labor, sed res incuriosissima, venit, tempestatesque moderantur. Hinc cum una decuma 3 lege, & consuetudine trahantur: altera novis initiatibus propter anno[r]a rationem imperantur: ematur præterea frumentum quotannis publice: postremo etiam in callam magistris & legatis imperatur: quid, aut quantum præterea est, quod aut liberum possit habere ille arator, ac dominus in potestate, suorum fructuum, aut in ipsis fructibus solutum? Quod si hæc feruntur omnia: si vobis potius, ac populo Romano quam sibi, & suis commodis, opera, summu labore deserviunt: etiamne hac nova debent edicta, & imperia prætorum, & Apro[pri]i dominationem, & Veneriorum servorum furta, rapinas perferte? etiamne frumentum pro emio gratis dare? etiamne in callam cum cupiant gratis dare ultro, pecuniam grandem dare? etiamne hac tota detinenda, atq; dama cum maximis injuriis, contumelias perferte? iraque, haec iudices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt, actiones tota Sicilia defertas, atque à dominis reliquias esse cognoscitis: neque quidquam aliud agitur hoc iudicio, nisi ut antiquissimi voti, fidei similes, Siculi coloni Populi Romani, atque aratores, vestra severitate, & diligentia, me duce, atque atra in agros, atque in aedes suas revertantur.

ACCV.

2. Per summam injuriarum averratur.] Sic Nannii membranæ, vulgata
averratur, malum averratur, si prima non perplacet.

3. Negaretis hæc affirmationem? I] Prius editi hic: Lambinus, si

negaret hæc affirmationem? E.

3. Leges & consuetudines trahantur.] Vulgata, & conditione, alterum ex-
stat in Nannianis.

ACCUSATIONIS
IN
C. V E R R E M,
LIBER QVARTUS,
DE
S I G N I S.
ORATIO NONA.

SYNOPSIS.

De Lacrimis Verrini, & qua absuleris. 1. *C. Heis Mamertino.* 2. *Philaro Centuripino.* 3. *Pamphilo Lilybatano (Dio-*
Melitenus: Diodoro: En. Calido: L. Papirio) 4. Aesina Tyndaritano: & alii Tyndaritani. 5. *Eupolemo Calatino: 6 Catmenitus.*
7. Agrigentinus: 8. Haluntrius. 9. L. Tito. 10. Antrolo regi Syria. 11. Segestanus. 12. Tyndaritanus. 13. Agrigentinus.
14. Affritus. 15. Engutius. 16. Catmenitus. 17. Melitenus. 18. Eunenitus.



EN 10 nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium: ut amici ejus, morbum, & infaniam: ut Siculi, lacrimum, ego, quo nomine appellem, nescio. rem vobis proponam. 1 vos eam suo, non nominis pondere penditote. genus ipsum prius cognoscite, judices: deinde fortasse non magnopere quæris, quo nomine appellandum putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis, tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium, aut Deliacum fuisse, & ullam gemmam, aut margaritam; quidquam ex auro, aut ebore factum; signum ullum æneum, marmoreum, éburenum: nego ullam picturam & neque in tabula, neque textili fuisse, quin conquisierit, inspererit: quod placitum sit, absuleris. Magnum video dicere, attendite etiam, quemadmodum dicam. non enim verbi, neque criminis augendi causa complector omnia. cum dico, nihil istum eufusmodi recum in tua provincia relinquit, Latinè me seitor, non accusatoriè loqui: etiam planius: nihil in ædibus cuiusquam, ne in oppidis quidem: nihil in locis communibus, ne in fannis quidem: nihil apud Siculum, nihil apud civem Romanum, denique nihil istum. 4 quod ad oculos, animumque acciderit, nego, privati, neque publici, neque profani, neque sacri, tota in 3. Sicilia reliquit. Unde igitur potius incipiám, quam ab ea civitate, qua tibi una in amore, atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quam ipsi laudatoribus nui? facilius enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accusant, qui persequeuntur: cum apud tuos Mamertinos inveniare improbus ratione esse prædatus. C. Heius

est Mamertinus (omnes hoc mihi facile concedent, qui Messanam acceperunt) omnibus rebus in illa civitate ornatussumus. hucus domus est vel optima Messana, notissima quidem certè & nostris hominibus aperiissima, maximeq; hospitalis. ea domus ante adventum istius sic ornata fuit, ut urbi quoq; esset ornamento. nam ipsa Messana, qua sit, membribus, portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste deletatur, sanè vacua, atque nuda est. Erat apud Hejum sarcinorum magna cum dignitate in ædibus, à majoribus traditum, perantiquum: in quo signa pulcherrima quattuor, summo artificio, summa nobilitate: qua non modò istum hominem, ingeniosum, atque intelligentem, verum etiam quenvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent: unum 5 Cupidinis marmoreum, Praxitelis: (nimis didici etiam, dum in istum inquirio, artificum nominam) idem, opinor, artifex ejusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespis, propter quem Thespia visitantur. nam alia visendi causa nulla est. Itaq; ille L. Mummius, 6 cum Thespis ea, qua ad adam Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. Verum ut ad illud sarcinum redeam, signum erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore: ex altera parte Hercules egregie factus est ex ære, is dicebatur esse Mytonis, ut opinor: 7 & certè ante hosce deos erant arulae, qua cuivis sacratii religiosus significare possent, erant ænea præterea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, qua manibus sublati sacra quedam more Atheniensium virginum deposita in capitibus sustinebant. 8 Canephora ipse vocabantur. sed earum X 4. i artificem

1. *Vox camsus, non nominis pondere.* Ita primus legendum censuit Turnebus lib. xxv. cap. 5. ex ms. vulgatum prius, *sus nominis pondere,* cuius sententia Pall. & Gruterianus.

2. *Ullam gemmam aut margaritam.* Sic iterum idem libri, nam prius euis, ergo ullam gen. aut marg. fuisse, aut, à liberalitate scilicet scribarum.

3. *Neque in tabula, neque textili fuisse.* Et hoc est ab istis, quibus suffragatur & Turnebianus. Vulgata, tabulis, neque textilem.

4. *Liquid ad sceleris animusque acciderit.* Haud aliter prætor Lambinius, H. & C. quippe retro euis, que sceleris animusque acciderint, quod & in miss. nostris.

5. *Cupidinis marmoreum Praxitelis.* Cujacii liber. Praxitele, unde finiebat Gulielmus, Praxitele, non inepit.

6. *Cum Thespis ea qua ad adam.* Pall. edd. que vert. cum Thespia que ad adam. Gruter. cum Thespia que ad adam. adeo ut ferè accedam Turnebi, emendanti ex veteri libro, cum Thespia que ad adam.

7. *Et certe, sube res Dei erant arulae.* Placuit Turnebi, restatque in Cujac. in epist. aliæ editiothes tabula. arulae enim judices religionis, super quas scilicet aromata exurerentur.

8. *Canephora.* Sic uno ore omnes missi nostri vulgo Canephora male. consuluntur Turnebus lib. xxv. cap. 5.